« scepit, ita ut te non aliunde, sed per ostium, quod Christus
« est, intrantem, gaudeat, nobis ordinantibus, habere pastorem,
« indulgemus, concedimus atque firmamus sibi tam ea quae
« ab antiquis temporibus iuste collata sunt, quam ea quae di-
« vina pietate per serenissimam filiam nostram Matildem, pro

« remedio animae matris suae in eadem Ecclesia sepultae, con-
« cedere dignata est, videlicet locum qui dicitur Schannellum
« cum castellis et pertinentiis suis, et alia quae in futurum,
« Deo auctore, a fidelibus legaliter conferenda sunt. » (Reg. Lib. VI. Ep. 12.)

Presi nel 1076 sotto la sua tutela e giurisdizione i beni presenti e futuri della chiesa cattedrale di Firenze, il pontefice chiude l'atto con queste parole: « Haec igitur omnia, quae
« huius praecepti decretique nostri pagina continet, tam tibi
« (praeposito S. Florentinae Ecclesiae), quam cunctis, qui in
« eo, quo es ordine locoque, successerint, vel eis quorum in-
« teresse potuerit apostolica auctoritate in perpetuum servanda
« decernimus. — Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum,
« iudicum ac saecularium personarum hanc constitutionis no-
« strae paginam agnoscens, contra eam temerario ausu venire
« tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reum-
« que se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cogno-
« scat. Et nisi ea, quae ab illo sunt male ablata restituerit,
« vel digna paenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo
« corpore ac sanguine Dei Domini redemptoris nostri Jesu
« Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ul-
« tioni subiaceat. » (Ughelli: Italia Sacra. III).

Così ancora nel 1077 con la stessa formola che per la Chiesa di Firenze in un atto scritto « per manus Cononis car-
« dinalis presbyteri, anno... domini Gregorii VII papae IV »,
dopo avere muniti « apostolicis privilegiis » i beni presenti e futuri del monastero di S. Michele in Pisa, « quaecumque
« nunc sunt in terris cultis aut incultis, sive in quibuslibet
« rebus mobilibus vel immobilibus iuste habet, aut in po-
« sterum, Deo opitulante, acquirere poterit », il papa aggiunge la stessa minaccia: « Si quis regum... etc. » (Id. id.).

La stessa sanzione: « potestatis honorisque sui dignitate
« careat » contro chiunque, sia re, o sacerdote, o chierico, o laico, attenti ai decreti di investitura rilasciati dalla santa sede, si legge in tutti gli atti d'investitura del papa, che noi abbiamo avuto tra mani; come pure per i successori degli investiti si riscontra quasi sempre la formola: « regulariter
« promovendis », o l'altra: « si tamen ipsi consensu Romani
« pontificis... canonice intraverint. »

In uno, ad esempio, del 1078, redatto « per manum Joannis « R. Ecclesiąe diaconi cardinalis, anno... pontificatus... domini « Gregorii P. P. VII, VI » e rilasciato « venerabili filio Geren- « toni, abbati Divionensis monasterii, eiusque successoribus « regulariter promovendis in perpetuum » (Perard Recueil de piéces pour servir à l'histoire de Bourgogne).

In un altro dello stesso anno, redatto « per manus Petri, « S. R. Ecclesiae presbyteri, cardinalis et bibliotecarii », nel quale si confermano « dilecto in Christo fratri Desiderio, ab- « bati Montis Cassini, suisque successoribus » tutti i beni « quae « eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure « iam data sunt, vel in futurum, Deo miserante, collata fue- « rint. » (Gattula : Hist. Casin.).

In uno del 1081, redatto « per manus Petri etc. » nel quale pure si confermano tutti i beni presenti futuri « dilecto in « Christo filio Leoni abbati monasterii S. Zenonis in Pisana « urbe, et eius successoribus ». (Ughelli : Itatia Sacra : III).

In uno del 1083, redatto ancora « per manus Petri etc. » rila- sciato « dilecto in Cristo filio Ivoni praeposito ecclesiae S. Quin- » tini, sitae in episcopatu Belvacensi, suisque successoribus regu- « lariter promovendis ». (Guiberti Opera e D'Achery. pag. 600).

In altro rilasciato « dilecto filio Willelmo abbati monasterii « S. Aurelii in Hirsangia in episcopatu Spirensi siti, eiusque « successoribus in perpetuum ». (Coquelines : Bullar. sum. pon- tif. ampl. Collect. II].

In uno rilasciato « dilecto in Christo filio Almodo, abbati « monasterii sancti Salvatoris, constructi in loco, qui dicitur « Rothonensis, in Britannia constituti, suisque successoribus ibi- « dem regulariter promovendis in perpetuum » (Id. id.).

17.

In altri atti oltre le parole : « Haec igitur omnia, quae « huius praecepti decretique nostri pagina continet... etc. etc. » — e l'altro : « Si quis vero regum... etc. » comuni a tutti, si incontrano aggiunte formule anche più analitiche nel definire le persone, che il papa intende colpire con la sua sanzione di sovrano feudale in modo che nessuno della gerarchia sociale

sfugga, in qualunque modo egli venga attuando l'opera sua, direttamente o indirettamente contraria al precetto o decreto pontificio. Così, ad esempio, in uno del 1078, redatto « per « manus Petri... etc. » dopo aver confermato « dilecto in Christo « filio Azoni, abbati S. Salvatoris constructi in loco, qui dicitur « Septimo, suisque successoribus ibi regulariter promovendis « in perpetuum » — « omnia quae eidem venerabili loco a « quibuslibet hominibus de proprio iure donata sunt, vel in « futurum, Deo miserante, collata fuerint, cuiuscumque modi « possessiones aut bona sunt, tam in rebus mobilibus quam « immobilibus, et postremo universa, quae nunc legaliter acqui- « sita possidet, et in posterum, Deo opitulante, acquirere po- « tuerit, » il papa aggiunge: « Proinde apostolica auctoritate « censemus atque statuimus ut nullus regum vel imperatorum, « ducum, marchionum, comitum, castaldionum, nullus antisti- « tum, vel quacumque dignitate praeditus, aut aliqua persona « saecularis vel ecclesiastica magna vel parva audeat prae- « fatum monasterium a sui ordinis ac firmitatis stabilitate di- « vellere, aut bona sibi pertinentia pro sua rapacitate vel vio- « lentia, aut iniquae dominationis oppressione invadere, vel « diripere, vel inde auferre, sive suis usibus impia temeritate « applicando, vel aliis quasi piis de causis pro suae avaritiae « excusatione concedendo ». (Ughelli: Italia Sacra: III).

In un altro atto del 1078, pure redatto « per manus Pe- « tri... etc. », concesso « dilecto in Christo filio Benedicto abbati « monasteri S. Crucis in Britannia siti in villa quae dicitur « Avantot, suisque successoribus ibidem regulariter viventibus « et monacis in perpetuum », si dice: « Si quis vero impera- « torum, regum, ducum, marchionum, comitum, sacerdotum, « clericorum, iudicum ac saecularium personarum... etc. ». (Gallia Christiana, vet. edit. tom. IV. pag. 553).

In uno del 1084, redatto « per manum Gregorii S. R. E. « diaconi », e concesso « Madelmo dilecto nostro in Christo filio, « et abbati venerabili coenobii almae et coeternae Dom. Patri « Sophiae, intra Beneventum in loco nuncupato Urbe Vetere « extructi, suisque successoribus regulariter in eodem coenobio « promovendis in perpetuum », si aggiunge: « Si quis vero im- « peratorum, ducum, marchionum, comitum, principum ac iu- « dicum, aut quacumque dignitate praedita, cuiuscumque or-

« dinis vel etiam conditionis magna parvaque persona hanc « constitutionis nostrae paginam cognoscens, contra eam te- « merario ausu venire tentaverit, aut tentari consenserit, vel « fautor extiterit, admonitus semel, atque iterum et tertio per « competentes inducias, nisi ea, quae ab illo sunt male abblata « ecclesiae humiliter satisfaciens restituerit potestatis honori- « sque sui dignitate cadat... etc. » (Anecdota Ughelliana. 491).

18.

E teniamo anche presente come dagli atti sopra citati appaia che pur nelle terre, dove i principi si riconoscevano vassalli del papa, le chiese e i loro beni erano nel giuramento di fedeltà espressamente poste nella dipendenza immediata della santa sede, obbligo nel principe di vegliarne mano armata la difesa : « Omnes ecclesias, quae in mea persistunt dominatione « cum illarum possessionibus dimittam in tua potestate et de- « fensor ero illarum ad fidelitatem sanctae Romanae Ecclesiae », giura Roberto duca di Puglia, Calabria e Sicilia, ed ugualmente giura il principe di Capua.

19.

Coloro che più si opposero al colpo di Stato del papa, il quale con un concilio dava espressione giuridica al fatto della più grande rivoluzione politica dell'evo medio, furono naturalmente gli imperatori, che si vedevano strappare tanta parte e certo la più importante del loro dominio a solo vantaggio, dell'onnipotente avversario. Ma con quanto poca speranza di successo potessero a viso aperto gli imperatori, anche se forti e sapienti, combattere l'onnipotenza del papato, così che alle vie obblique della diplomazia più che alla forza dell'armi, dell'autorità e del diritto, erano costretti ricorrere, vedremo qui appresso. Notiamo subito però che anche nella diplomazia il papa e la sua curia furono in ogni tempo per senno, sagacia e scaltrezza maestri.

20.

Ora richiameremo per poco l'attenzione dei nostri lettori sull'origine, la natura e l'estensione dei benefici ecclesiastici, le quali risultano immediatamente dagli atti, perchè da esse si misuri la natura e l'estensione di questo nuovo impero feudale, di cui il pontefice era « *dominus* » o principe sovrano e indipendente. In un atto d'investitura già sopra citato dell'anno 1076, dato a Firenze e firmato « per manus Petri sanctae Ro« manae Ecclesiae presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, anno « IV pontificatus domini Gregorii, papae » questi, su petizione del vescovo Raguerio, prende sotto la sua protezione « sub « nostrae apostolicae defensionis munimine suscipimus » e conferma con la sua autorità « apostolica auctoritate » — « Martino « S. Florentiae praeposito, suisque successoribus in perpetuum » i beni della chiesa cattedrale, dei quali l'atto fu una minuta enumerazione, la quale ad esempio noi trascriveremo per intero: « Bona omnia, quae vestra et habet et habitura est, et « sibi pertinent canonica, videlicet curtes, terras et iuxta Flo« rentinam urbem pratum regis totum cum mansis et territoriis « omnibus, quae in Florentina curte habet et retinet, vel sibi per« tinent praedicta vestra canonica; — curtem S. Andreae cum « omnibus sibi pertinentibus; — curtem de Quinto; — curtem « de Cintoria cum omnibus suis pertinentiis, et illam partem, « quam Petrus primicerius contra canonica instituta usurpare « visus est; — plebem de Exinea cum curte et mansis et om« nibus territoriis et decimationibus, quaecumque ad eamdem « plebem vel curtem pertinere videntur. — Insuper totum quod « Thenzo filius Lepizi pro salute animae suae in Ecclesia « S. Joannis contulit, vel in eadem canonica; — terram S. Pro« culi in Praedicta plebe, curtem de lacu, quae est infra plebem » S. Petri sitam Valiam, cum omnibus adiacentibus et perti« nentiis suis, campum nihilominus Randi; — similiter ecclesiam « S. Petri, quae dicitur Cantuari cum suis pertinentiis, quam « Gerardus, venerabilis episcopus Florentinae Ecclesiae prae« libatae contulit canonicae. — Nec non ubicumque aliquid « habere vel tenere, aut sibi pertinere videtur ipsa vestra ca« nonica; et quidquid Gerardus archipresbyter pro beneficio,

« et ipsa Florentina Ecclesia tenuit tam in decimationibus, quam
« quae in mansis et in praediis; nec non et quaecumque Ste-
« phanus abbas ex beneficio tenuit. — Similiter et quaecumque
« primicerii beneficia fuere; — atque plebem S. Hippoliti sitam
« Elsac, itemque campum et hortum, qui est iuxta ecclesiam
« S. Reparatae, seu etiam curtes et ecclesias atque castellum
« in territorio plebium S. Joannis Maioris et S. Laurenti et
« S. Cassiani a finibus iugi Alpium Mucellensium usque in
« fluvium Sevae, quae Jeremias filius Ildeprandi pro sua filiique
« sui anima per chartulam offersionis praelibatae contulit ca-
« nonicae, curtes et casas, sortes et domnicata et ecclesiam
« S. Martini cum omnibus sibi pertinentibus rebus in villa de
« Bagnolo, quae scitur esse infra plebem S. Mariae de Pinita,
« quae dedere homines de Rufina in praedicta canonica. —
« Ecclesiam S. Ambrosii cum suis pertinentiis, — ecclesiam
« S. Mariae Novellae cum rebus suis, — castrum de Scharaboni,
« mansum unum in Conciano, et quidquid in praedicta canonica
« dedit Imelda in civitate Fesulana intus et extra curtem de
« Petramala cum omnibus sibi pertinentibus rebus, et terram
« quae dedit Thetberga uxor Rodulphi, et praeterea, sicut supra
« diximus, quaecumque vestra canonica iuxte nunc habet, aut
« in posterum, Domino annuente, haberi contigerit in quibuslibet
« rebus mobilibus vel immobilibus, sive ab eiusdem civitatis
« episcopo datis, sive ab aliis hominibus publicis vel privatis
« tibi, tuisque successoribus confirmamus et stabilimus in per-
« petuum. » (Ughelli: Italia Sacra : III).

Un altro degli atti sopracitati, concesso nel 1084 a beneficio del cenobio beneventano di S. Sofia, dice: « Per huius nostrae
« constitutionis decretum et apostolicae liberalitatis edictum,
« secundum praedecessorum nostrorum privilegia, praenominato
« monasterio S. Sophiae virginis, tibique praenominato, amande
« fili, tuisque successoribus, regulariter iusteque promovendis,
« concedimus et confirmamus atque in perpetuum corroboramus
« omnia, quae praedicta ecclesia venerab. tui monasterii ad
« praesens habere, aut deinceps iuste divinis humanisque legibus
« in perpetuum acquisierit tam in ecclesiis, casis, terris, vineis,
« hortis, olivetis, pratis, campis, silvis, curtibus vel castellis,
« quamque in servis et ancillis et in omnibus rebus et posses-
« sionibus suis mobilibus et immobilibus, seseque moventibus,

« et quae liberalitate, seu collatione sive concessione religio-
« sorum hominum legaliter et laudabili studio acquisivit, aut
« acquirere poterit et prorsus quae concessa sunt illi et corro-
« borata priorum imperatorum aut principum praeceptis.... Prae-
« terea auctoritate sanctae Romanae et apostolicae sedis con-
« cedimus atque confirmamus tibi ac tuis successoribus omnes
« in integrum oblationes vivorum ac defunctorum quae ipsi
« monasterio per testamentum aut etiam sine testamento iure
« accesserint; et perpetuo maneat iam ipsum factum monaste-
« rium sub tutela, ditione seu iure sanctae R. Ecclesiae liberum
« et immune ab omni subiectione alterius Ecclesiae et ab omni
« iure immolestatum. »

E anche a quest'atto, che ci mostra da quante fonti diverse potessero affluire ed affluissero senza posa le donazioni alle chiese ed ai monasteri, va annessa una lunga dettagliata enumerazione di beni, che noi tralasceremo, perchè non crediamo più necessaria; sebbene saremmo tentati di trascriverla per intero; come pure per intero vorremmo trascrivere la nota lunghissima dei possedimenti della chiesa o monastero di S. Paolo in Roma, i quali si estendevano sopra un territorio vastissimo, come appare da atto autentico del 13 marzo 1074. (Margarini: Bullarium Casinense, tom. II).

Capitolo III.

21.

Se così universale era con la Chiesa la sovrana giurisdizione feudale del papato, se il territorio era tanto e tanta la ricchezza, su cui si esercitava, e territorio e ricchezza erano tali per la loro origine che aumentare continuamente potevano, non diminuire, non era l'Impero della Chiesa uno Stato negli Stati d'Europa; esso piuttosto teneva nella sua unità cattolica gli Stati laici, divisi tra loro, e ciascuno per esso scisso e smembrato ne' suoi stessi contadi, i quali per giurisdizione immediata dipendevano dal principe.

Questa induzione abbiamo voluto porre prima, perchè la crediamo densa di causalità, e quindi di luce per l'intelligenza dei tempi, nella vita politica che ci resta da esaminare. Dopo di essa cade il concetto comune presso i letterati, gli storici e gli uomini politici sull'effettuale giurisdizione e l'efficacia della politica del papato nell'evo medio: Ruggero Bonghi, ad esempio, che fu ad un tempo il letterato, lo storico e l'uomo politico nell'età nostra più assimilatore e il miglior riproduttore sotto forma sua del pensiero altrui, parlando, in un suo noto discorso sulle origini della monarchia a Napoli, di Gregorio settimo, chiama il concetto e il disegno di questo uomo meraviglioso « disperato di riuscita, almeno nella sua integrità »; e si domanda: « Poniamo che il papato ne avesse il diritto, dove avrebbe trovato la forza sufficiente a incuterne rispetto? Era un disegno squilibrato, ma in questo squilibrio necessario tra l'ideale sognato e il reale resistente fu l'attrattiva sua ». A ben altro giudizio giunge l'induzione nostra, poi che per essa si vede che il papato formulava l'espressione giuridica e dottrinale, quando la coscienza della realtà degli uomini e delle cose, che in Gregorio fu chiarissima, lo faceva necessariamente consapevole della sua onnipotenza e gli dava l'ardire necessario a parlare la lingua dell'unica diplomazia e dell'unico governo che la storia attesti efficacemente universale.

E noi vogliamo appunto ora discorrere sopra quest'altra questione, se cioè in qualche regno d'Europa, dopo il mille, esistesse nel suo principe una vera supremazia laica, efficace così da essere indipendênte da ogni giurisdizione politica, di diritto e di fatto, della curia romana.

La risposta, come sempre, la devono dare i fatti, quali nei documenti immediati del tempo ci si presentano nella loro sincerità.

22.

Il papato professava, e si noti, non nell'astratta teoria della scuola, ma negli atti diplomatici coi principi laici, coi re, cogli imperatori, e coi dignitari ecclesiastici e coi popoli di tutta Europa il diritto di suprema giurisdizione imperiale uni-

versale come logica conseguenza della incontrastata supremazia spirituale. Tutti gli affari di maggiore importanza: « maiores « res et praecipua negotia », così nella politica ecclesiastica che in quella laica, dovevano fare capo, come a tribunale supremo, alla sede apostolica. Solo la sua sentenza non aveva appello (« *ab ea nusquam appellari* »); nessuno, per alto che fosse nella gerarchia sociale, poteva impunemente ritrattarla o respingerla (« *iudicia eius a nemine retractari aut refelli* « *debere vel posse* »); essa sola poteva ritrattare il giudizio di tutti (« *sententiam omnium sola retractare potest* »); nessuno poteva portare giudizio sul romano pontefice (« *a nemine Ro-* « *manus pontifex iudicari debeat* »).

Scrive Gregorio settimo da Roma nel 1075 « Suenio regi « Danorum » : — « Apud antecessores nostros iuris et consue- « tudinis erat charitativis legationibus docere viam Domini « universas nationes, corripere in his quae arguenda erant omnes « reges et principes et ad aeternam beatitudinem cunctos invi- « tare legalibus disciplinis. Plus enim terrarum lex Romano- « rum pontificum quam imperatorum obtinuit. In omnem terram « exivit sonus eorum (Psal. XVIII, 5.), et quibus imperavit « Augustus, imperavit Christus ». (Reg. Lib. II. Ep. 75).

E tra i mezzi supremi legali, con cui intendeva ad esercitare efficacemente i diritti dell'impero, poneva il papato la scomunica, la perdita per delitto o incapacità del grado e dell'officio, la sostituzione nell'uno e nell'altro di persona da lui giudicata degna e capace, e il proscioglimento dei sudditi dal giuramento di fedeltà, e l'obbligo loro imposto della ribellione e della resistenza così come quello dell'obbedienza e dell'aiuto. E questi mezzi nello stesso modo che il diritto supremo invocando la tradizione e la pratica dei Santi Padri, il Vangelo, i concilî e la logica di fatto e di ragione, così legittimava nel suo diritto: « Eis... qui dicunt: Regem non oportet excom- « municari (e si trattava della scomunica di Enrico quarto), « licet pro magna fatuitate nec etiam eis respondere debeamus, « tamen ne impatienter illorum insipientiam praeterire videa- « mur, ad sanctorum Patrum dicta vel facta illos mittimus, « ut eos ad sanam doctrinam revocemus : .... Considerent cur « Zacharias papa regem Francorum deposuerit et omnes Fran- « cigenas a vinculo iuramenti, quod sibi fecerant, absolverit.

« — In Registro beati Gregorii addiscant quia in privilegiis,
« quae quibusdam ecclesiis fecit, reges et duces contra sua
« dicta venientes non solum excommunicavit sed etiam ut digni-
« tate careant iudicavit. — Nec praetermittant quod beatus
« Ambrosius non solum regem, sed etiam revera imperatorem
« Theodosium moribus et potestate non tantum excommuni-
« cavit, sed etiam ne praesumeret in loco sacerdotum in ec-
« clesia manere interdixit. — Sed forte hoc volunt praedicti
« viri intelligere, quod, quando Deus Ecclesiam suam ter beato
« Petro commisit, dicens: Pasce oves meas (Joan. 21), reges
« exceperit. Cur non attendunt, vel potius erubescendo confi-
« tentur, quia, ubi Deus Petro principaliter dedit potestatem
« ligandi et solvendi in coelo et in terra (Matth. 16), nullum
« excepit, nihil ab eius potestate subtraxit? Nam qui se negat
« non posse Ecclesiae vinculo alligari, restat ut neget non posse
« ab eius potestate absolvi. Et qui hoc impudenter negat, se
« a Christo omnino sequestrat. Quod si sancta sedes aposto-
« lica divinitus sibi collata principali potestate spiritualia de-
« cernens diiudicat, cur non et saecularia? Reges quidem
« et principes huius saeculi, qui honorem suum et lucra tem-
« poralia iustitiae Dei praeponunt, eiusque honorem negligendo
« proprium quaerunt, cuius sint membra, cuive adhaerent,
« vestra non ignorat charitas. Nam sicut illi, qui omni suae
« voluntati Deum praeponunt, eiusque praecepto plusquam ho-
« minibus obediunt, membra sunt Christi; ita illi, de quibus
« supra diximus membra sunt Antichristi. — Si ergo spiri-
« tuales viri, cum oportet, iudicantur, cur non saeculares am-
« plius de suis pravis actibus constringunt? — Sed forte putant,
« quod regia dignitas episcopalem praecellat. Ex eorum prin-
« cipiis colligere possunt quantum a se utraque differunt:
« illam quidem superbia humana reperit, hanc divina pietas
« instituit: illa vanam gloriam incessanter captat, haec ad
« coelestem vitam semper aspirat..... Haec non ignorans Con-
« stantinus Magnus imperator, non primum sessionis, sed ul-
« timum inter episcopos elegit locum. » (Reg. Lib. IV. Ep. 2).
Così scriveva il papa nel 1076. « Herimanno Metensi episcopo. »

E allo stesso vescovo, il quale nel 1080 invocava la parola scritta del papa per premunirsi « contra illorum insaniam, qui
« nefando ore garriunt auctoritatem sanctae et apostolicae sedis

« non potuisse regem Henricum, hominis christianae legis con-
« temptorem, Ecclesiarum videlicet et imperii destructorem,
« atque haereticorum auctorem et consentaneum excommuni-
« care, nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere »,
dopo avere richiamata la facoltà concessa da Cristo a Pietro
« legandi atque solvendi » ripeteva con copia maggiore di ar-
gomenti « Hanc itaque divinae voluntatis institutionem, hoc
« firmamentum dispensationis Ecclesiae, hoc privilegium beato
« Petro apostulorom principi coelesti decreto principaliter tra-
« ditum atque firmatun sancti Patres cum magna veneratione
« suscipientes atque servantes, sanctam Romanam Ecclesiam
« tam in generalibus conciliis, quam etiam in caeteris scriptis
« et gestis suis universalem matrem appellaverunt et sicut
« eius documenta in confirmatione fidei et eruditione sacrae
« religionis, ita etiam iudicia susceperunt, in hoc consen-
« tientes et quasi uno spiritu et una voce concordantes, omnes
« maiores res et praecipua negotia, nec non omnium Ecclesia-
« rum iudicia ad eam quasi matrem et caput debere referri,
« ab ea nusquam appellari, iudicia eius a nemine retractari
« aut refelli debere vel posse. Unde beatus Gelasius papa Ana-
« stasio imperatori scribens, divina fultus auctoritate, quid et
« qualiter de principatu sanctae et apostolicae sedis sentire
« deberet, hoc modo eum introduxit: Etsi, inquit, cunctis ge-
« neralibus sacerdotibus, recte divina tractantibus, fidelium
« convenit colla submitti, quanto potius sedis illius et praesuli
« consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et di-
« vinitas summa voluit praeeminere, et subsequens Ecclesiae
« generalis iugiter pietas celebravit. — Ubi prudentia tua evi-
« denter advertit nunquam quolibet penitus humano consilio
« aequare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni,
« quem Christi vox praetulit universis, quem Ecclesia vene-
« randa confessa semper est et habet devota primatem. — Item
« Julius papa orientalibus episcopis scribens de potestate eiusdem
« sanctae et apostolicae sedis, ait:... Ipse Dominus noster Iesus
« Christus... ait: Tu es Petrus... etc. (Matth. 16). Habet enim
« potestatem singulari privilegio concessam aperire et claudere
« ianuas regni coelestis quibus voluerit. Cui ergo aperiendi
« claudendique coeli data potestas est, de terra iudicare non
« licet? Absit! Num retinetis quod ait beatissimus Paulus apo-

« stolus: Nescitis quia angelos iudicabimus? quanto magis sae-
« cularia? (I. Cor. 6). Quis dubitet sacerdotes Christi regum
« et principum omniumque fidelium patres et magistros cen-
« seri? Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si filius
« patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare et iniquis
« obligationibus illum potestati suae subiicere, a quo credit
« non solum in terra sed etiam in coelis se ligari posse et
« solvi?..... Talibus ergo institutis, talibusque fulti auctorita-
« tibus, plerique pontificum alii reges, alii imperatores excom-
« municaverunt. Nam si aliquod de personis principum requi-
« ratur exemplum beatus Innocentius papa Arcadium impera-
« torem, qui consensit ut sanctus Joannes Chrisostomus a sede
« pelleretur, excommunicavit. Alius item Romanus pontifex,
« Zacharias videlicet, regem Francorum, non tam pro suis
« iniquitatibus, quam eo quod tantae potestati non erat utilis,
« a regno deposuit, et Pipinum, Caroli Magni imperatoris
« patrem, in eius loco substituit, omnesque Francigenas a iu-
« ramento fidelitatis, quod illi fecerant absolvit ». (Reg. Lib.
VIII. Ep. 21). In questa epistola si richiamano ancora l'esempio
di Ambrogio che scomunicò Teodosio e quello di Costantino
che sedette umile nel sinodo di Nicea, sebbene fosse « magnus
« imperator omnium regum, et principum fere totius orbis
« dominus ».

23.

Lo stesso pensiero con parola più universale ripete nel
1077 « archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus et universis
« Christi fidelibus clericis et laicis tam maioribus quam mi-
« noribus in regno Teutonicorum consistentibus »: — « Non
« enim a corde nostro debet excidere, quod qui apostolicae sedi
« obedire contemnit (e si trattava della più alta questione po-
litica, di decidere, cioè, la nota vertenza tra Enrico quarto e
il suo avversario e competitore nel regno Rodolfo di Svevia,
della quale il papa si era eretto arbitro) « scelus idolatriae in-
« currit (I. Reg. 15), et quod beatus Gregorius doctor sanctus
« et humillimus reges decrevit a suis dignitatibus cadere et
« participatione corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi

« carere, si praesumerent apostolicae sedis decreta contemnere. « Si enim coelestia e spiritualia sedes beati Petri solvit et iu- « dicat, quanto magis terrena et saecularia? » (Reg. Lib. IV. Ep. 24).

24.

Abbiamo già veduto come la stessa supremazia affermasse, scrivendo nel 1079 ad Alfonso re vittorioso della Spagna cristiana contro gli Arabi: « Omnipotenti Deo laudes et gratias agi- « mus, qui gloriam vestram gratia suae visitationis illustrans, « B. Petro apostolorum principi fide ac devotione coniunxit, « cui omnes principatus et potestates orbis terrarum subiiciens, « ius ligandi atque solvendi in coelo et in terra dedit ». (Reg. Lib. VII. Ep. 6). La stessa gerarchia e lo stesso potere supremo afferma e convalida scrivendo « Guilielmo regi Anglorum » nell'anno 1080: « Credimus prudentiam vestram non latere « omnibus aliis excellentiores apostolicam et regiam dignitates « huic mundo ad eius regimina omnipotentem Deum distri- « buisse... Qua tamen maioritatis et minoritatis distantia re- « ligio sic se movet Christiana, ut cura et dispensatione apo- « stolicae dignitatis, post Deum, gubernetur regia. Quod licet, « fili charissime, tua non ignoret vigilantia, tamen, ut pro « salute tua indissolubiliter menti tuae sit alligatum, divina « testatur Scriptura apostolicam et pontificalem dignitatem « reges christianos caeterosque omnes ante divinum tribunal « repraesentaturam et pro eorum delictis rationem Deo reddi- « turam ». (Reg. Lib. VII. Ep. 25).

25.

In formole brevi e comprensive questo diritto supremo ed universale è riassunto nei seguenti « *dictatus papae* », che noi trascriviamo dal Registro di Gregorio settimo. (Lib. II).

« Quod solus Romanus pontifex iure dicatur universalis ».

« Quod cum excommunicatis ab illo inter caetera nec in « eadem domo debemus manere ».

« Quod solus possit uti imperialibus insigniis».

« Quod solius papae pedes omnes principes deosculentur ».

« Quod unicum est nomen in mundo ».

« Quod illi liceat imperatores deponere ».

« Quod sententia illius a nullo debeat retractari, et ipse « omnium solus retractare possit ».

« Quod a nemine ipse iudicari debeat ».

« Quod Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in per- « petuum, Scriptura testante, errabit ».

« Quod catholicus non habeatur qui non concordat Romanae « Ecclesiae ».

« Quod a fidelitate iniquorum subiectos potest absolvere ».

Capitolo IV.

26.

Questa giurisdizione imperiale universale fortemente e apertamente professata dal papa non era soltanto parola scritta, era la parola che sempre precedeva, accompagnava, seguiva, a preparare, legittimare, spiegare gli atti della sua politica generale amministrazione avanti ai principi ed ai popoli.

Ed erano atti ordinarî e straordinarî di governo supremo l'intervento come giudice inappellabile nelle questioni particolari che riguardavano il trono del re dei Romani; la vigilanza e il sindacato continui della condotta di tutti i principi, re, imperatori d'Europa; il consiglio, la minaccia, la pena, con cui il papa, nei modi sopra detti, dei principi, re e imperatori e dei popoli dirigeva le azioni, e puniva l'inettitudine o l'opera da lui giudicata malvagia; l'arbitrio col quale poneva i patti della riabilitazione. E chi studi non solo le forme, ma ancora l'intima natura delle cose, vedrà che, come la vera monarchia universale era quella della Chiesa, così il vero governo imperiale su tutti gli Stati era quello del papa, che agli interessi del papato con sicura coscienza del fine e della onnipotenza dei mezzi tutti i poteri coordinava, costringeva, subordinava.

27.

È comunemente nota, ad esempio, la politica di Gregorio settimo ne' suoi atti più solenni; questi non sono però i soli necessari a conoscersi, nè i più importanti. Soltanto seguita passo passo può nel suo vero valore essere compresa come politica non di un uomo ma di una instituzione. Fino dal 1073, appena papa, al duca Gottifredo così parlava Gregorio de' suoi intendimenti sul re Enrico di Germania: « De rege vero mentem nostram et desiderium plene cognoscere potes, quod, « quantum in Domino sapimus, neminem de eius praesenti ac « futura gloria aut sollicitiorem aut copiosiori desiderio nobis « praeferri credimus. Est enim haec voluntas nostra, ut primum oblata nobis opportunitate per nuntios nostros super « his, quae ad profectum Ecclesiae et honorem regiae dignitatis suae pertinere arbitramur, paterna cum dilectione et « admonitione conveniamus. Quod si nos audierit, non aliter de « eius quam de nostra salute gaudebimus: quam tunc certissime sibi lucrari poterit, si in tenenda iustitia nostris monitis et consiliis acquieverit; sin vero, quod non optamus, « nobis odium pro dilectione omnipotenti autem Deo pro tanto « honore sibi collato dissimulando iustitiam eius contemptum « non ex aequo reddiderit, interminatio qua dicitur: Maledictus « homo, qui prohibet gladium suum a sanguine (Ier. 48), super « nos, Deo providente, non veniet. Neque enim liberum nobis « est alicuius personali gratia legem Dei postponere aut a « tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente « Apostolo: Si hominibus placere vellem, servus Dei non essem « (Gal. I) ». (Reg. Lib. I. Ep. 9).

E in forma anche più esplicita questi suoi intendimenti di supremo reggitore, moderatore, consigliere ordinatore e giudice del re di Germania e d'Italia già designato alla corona imperiale, esprime nello stesso anno a Beatrice e Matilde: « De rege autem, ut antea in litteris nostris accepistis, haec « est voluntas nostra, ut ad eum religiosos viros mittamus, « quorum admonitionibus, inspirante Deo, ad amorem Sanctae « Romanae et suae matris Ecclesiae eum revocare et ad condignam formam suscipiendi imperii instruere et expolire

« valeamus. Quod si nos, quod non optamus, audire contemserit, « nos tamen a matre nostra Romana Ecclesia, quae nos nutrivit, « et saepe filiorum suorum sanguine alios generavit filios, « custodiente « Deo, exorbitare nec possumus nec debemus. Et « certe tutius nobis est defendendo veritatem pro sui ipsius « salute adusque sanguinem nostrum sibi resistere, quam ad « explendam eius voluntatem iniquitati consentiendo secum, « quod absit, ad interitum ruere ». (Reg. Lib. I. Ep. 11).

Nè meno chiara nello stesso anno è la parola del papa a Rodolfo duca di Svevia: « Quia concordiam istam, scilicet sa« cerdotii ed imperii nihil fictum, nihil nisi purum decet ha« bere, videtur nobis omnino utile ut prius tecum atque cum « Agnete imperatrice et cum comitissa Beatrice et Rainaldo « episcopo Cumano et cum aliis Deum timentibus (colloquar). « Nam si duobus oculis humanum corpus temporali lumine « regitur, ita his duabus dignitatibus in pura religione con« cordantibus corpus Ecclesiae spirituali lumine regi et illu« minari probatur. De his diligentius tractemus; quatenus vo« luntate nostra bene a vobis cognita si rationes nostras iustas « esse probaveritis, nobiscum consentiatis: si vero rationi no« strae aliquid addendum vel subtrahendum esse vobis visum « fuerit, consiliis vestris, Deo consentiente, parati erimus as« sensum dare ». (Reg. Lib. I. Ep. 19).

Ancora nell'anno 1073 il papa scrive da Capua « Brunoni « episcopo Veronensi »: — « Volumus... praesentiae tuae osten« dere, quam sincero amore regiam salutem diligamus, quan« tumque circa eius honorem et secundum Deum et saeculum « invigilare desideremus, si ipse Deo debitum honorem studuerit « exequi et formam sanctorum regum, omissis puerilibus studiis, « sapienter imitari. » (Reg. Lib. 1. Ep. 24).

E rivolgendosi direttamente al Re dei Romani così nel 1074 l'ammonisce: « Moneo autem te, fili excellentissime, et sincera « charitate exhortor, ut.... tales tibi consiliarios adhibeas, qui « non tua sed te diligant, et saluti tuae, non lucro suo, con« sulant..... Rogabo et obsecrabo sublimitatem tuam ut... regiam « potestatem recte obtinere cognoscas, si regi regum Christo, « ad restaurationem defensionemque ecclesiarum suarum fa« ciendam, dominationis tuae altitudinem inclinas. » (Reg. Lib. II. Ep. 30).

E mentre lamenta che il re continui a mostrarsi « re et
« factis asperrimum, canonicis atque apostolicis decretis, in his
« quae ecclesiastica religio maxime poscit, contrarium », così
« incalza nel 1075: « Gregorius episcopus, servus servorum Dei
« Henrico regi salutem et apostolicam benedictionem, si tamen
« apostolicae sedi, ut Christianum decet regem, obedierit.....
« Decuerat regiam dignitatem tuam, cum te filium Ecclesiae,
« confiteris, honorabilius magistrum Ecclesiae, hoc est beatum
« Petrum apostolorum principem, intueri, cui, si de Dominicis
« ovibus es, Dominica voce et potestate ad pascendum traditus
« es, dicente sibi Christo: Petre, pasce oves meas (Joan. 17),
« et iterum: Tibi traditae sunt claves regni coelorum et quod-
« cumque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis, et
« quodcumque solveris super terram erit solutum et in coelis
« (Matth. 16).... Paterna te charitate monemus, ut Christi super
« te imperium recognoscens, honorem tuum eius honori praepo-
« nere quam sit pericolosum cogites, et libertatem Ecclesiae,
« quam sponsam sibi coelesti consortio iungere dignatus est,
« non iam tua occupatione impedias, sed quo maxime crescat,
« Deo omnipotenti et beato Petro, a quibus et tua mereatur
« amplificari gloria, auxilium tuae virtutis fideli devotione exhi-
« bere incipias. » (Reg. Lib. III. Ep. 10).

28.

E come autorevolmente vigila, consiglia, ammonisce l'im-
peratrice madre e il re, così i sudditi tutti dell' Impero:
« Omnibus in Christo fratribus atque sacerdotibus, ducibus
« etiam, principibus atque militibus, omnibusque Christianae
« fidem et beati Petri honorem revera diligentibus, in Romano
« imperio habitantibus », nel 1076, già prossimo a supreme de-
« cisioni contro Enrico, fa presenti « inauditas pravitates et
« diversas iniquitates regis », e continua: « Sed quia nostri est
« officii homines non vitia diligere, et pravis, ut resipiscant,
« resistere, et impietates non homines abhorrere, auctoritate
« beati Petri apostolorum principis monemus vos, et ut charis-
« simos fratres rogamus, amodo studete illum de manu diaboli
« eruere et ad veram poenitentiam provocare, ut eum possimus,

« Deo favente. ad sinum communis matris nostrae, quam co-
« natus est scindere, fraterna ducti charitate revocare, ita tamen
« ut nulla possit fraude recidiva clade Christianam religionem
« confundere et sanctam Ecclesiam pedibus suis conculcare. —
« Quod si vos non audierit et diabolum potius quam Christum
« sequi elegerit et eorum, qui pro simoniaca haeresi iam per
« longa tempora excommunicati sunt, consilium vobis praetu-
« lerit, divina inspirante potentia, simul inveniamus, simulque
« statuamus, ut Dominus homini praeponentes, universali Ec-
« clesiae iam iam paene labenti succurramus viriliter. — Qui-
« cumque ex his resipuerit, qui praedictum regem non erubuerunt
« omnipotenti Deo praeponere et Christianam legem, si non
« verbis, operibus tamen negare.... vos fratres mei et consa-
« cerdotes illos auctoritate beati Petri suscipite et ad gremium
« matris nostrae sanctae Ecclesiae reducite... — Quicumque
« autem episcoporum vel laicorum, timore vel gratia humana
« seducti, a communione regis se non subtraxerunt, sed ei
« faventes animam suam et illius diabolo tradere non timuerunt,
« si non resipuerint et condignam paenitentiam egerint, nullam
« cum eis communionem vel amicitiam habeatis.... — Testis
« nobis est Deus, quia nulla nos commoda saecularisve respectus
« contra pravos principes et impios sacerdotes impellit, sed
« consideratio nostri officii et potestas, qua quotidie angustamur,
« apostolicae sedis. Melius est nobis debitam mortem carnis per
« tyrannos, si oportuerit, subire, quam nostro silentio, timore
« vel commodo, christianae legis destructioni consentire. » (Reg.
Lib. IV. Ep. 1).

E poichè Enrico si ribellava ai decreti sinodali e conferiva investiture ecclesiastiche, e facendo assegnamento sui vescovi italiani e tedeschi scomunicati per simonia, con essi a Worms pretendeva di avere deposto il papa, questi nel 1076 solennemente in un concilio romano raccolto in alta curia di giustizia nell'esercizio maggiore delle sue funzioni di governo imperiale lo scomunicava, lo dichiarava decaduto dal trono di Germania e d'Italia e scioglieva i sudditi dal giuramento di fedeltà: « Beate
« Petre apostolorum princeps inclina, quaesumus, pias aures
« tuas nobis..... Mihi, tua gratia, est potestas a Deo data li-
« gandi atque solvendi in coelo et in terra. Hac itaque fiducia
« fretus pro Ecclesiae tuae honore et defensione ex parte om-

« nipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti per tuam
« potestatem et auctoritatem Henrico regi, filio Henrici im-
« peratoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia in-
« surrexit, totius regni Teutonicorum et Italiae gubernacula
« contradico, et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod
« sibi fecere vel facient, absolvo et ut nullus ei sicut regi serviat
« interdico. Dignum est enim ut qui studet honorem Ecclesiae
« tuae imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere. »
(Reg. — Concilium Romanum III).

E nel 1080, perdurando Enrico nella ribellione al pontefice, questi rinnovava contro di lui la scomunica e la sentenza di deposizione, e dichiarava re legittimo l'avversario Rodolfo di Svevia: « Astiterunt..... reges terrae et principes saeculares
« et ecclesiastici aulici et vulgares convenerunt in unum ad-
« versus Dominum et adversus vos Christos eius (beate Petre
« princeps apostolorum et beate Paule doctor gentium), di-
« centes: Dirumpamus vincula eorum et proiiciamus a nobis
« iugum ipsorum (Psal. 2), et ut me omnino morte vel exilio
« confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere. Inter
« quos specialiter Henricus, quem dicunt regem, Henrici im-
« peratoris filium, contra vestram calcaneum erexit Ecclesiam,
« facta cum multis episcopis ultramontanis et Italicis conspi-
« ratione, aduitens, me deiiciendo, eam sibi subiugare; cuius
« superbiae vestra resistit auctoritas eamque nostra destruxit
« potestas. » (Reg. — Concilium Rom. VII).

29.

E con quanta autorità il papa, così operando, governasse, i fatti che seguirono, a tutti noti, lo mostrano. Noi però che della politica del papato intendiamo discoprire ed esaminare lo spirito, insistiamo a notare come a complemento ed applicazione efficace dell'opera dei sinodi romani il papa nel 1076 scrivesse « omnibus dilectis in Cristo fratribus et coepiscopis,
« ducibus, comitibus, universis quoque fidem christianam de-
« fendentibus, in regno videlicet Teutonico habitantibus », perchè nessun dignitario della Chiesa presumesse di assolvere il re dalla scomunica, senza avere « apostolicae sedis consensum et

« eratum responsum » : e perchè tutti, qualora Enrico continuasse a considerare la Chiesa « *sibi subiectam ut ancillam* » e non « *praelatam ut dominam* », si preparassero ad eleggere in suo luogo un altro re, il quale « ea quae praediximus et « caetera quae videntur Cristianae religionis et totius imperii « saluti necessaria, secreta ac indubitabili promissione observa- « turum promittat. » Egli, il papa, confermerebbe « apostolica « auctoritate » l'eletto. Quanto alla imperatrice madre, se obbiezioni per troppo affetto del figlio non avrà contro la sua giusta deposizione, sarà opportuno sentirne sulla nuova scelta il parere: il quale o sarà conforme al comune consiglio del papa e del popolo tedesco, o, se contrario, penserà l'autorità della sede apostolica a rendere vano, sciogliendo ogni altro vincolo, che alla giustizia apparisse contraddire: « Si litteras, quibus Henricus « dictus rex in sancta synodo, iudicio sancti Spiritus, excom- « municatus est, diligenter perpenditis, quid de eo debeat fieri « indubitanter cognoscetis. Ex illis enim intelligitur cur sit « anathematis vinculo alligatus et a regia dignitate depositus, « et quod omnis populus quondam sibi subiectus a vinculo iura- « menti eidem promissi sit absolutus. — Sed quia nos contra « eum non movit, Deo teste, saecularis superbia, nec vana « mundi cupiditas, sed sanctae sedis et universalis matris Eccle- « siae sollicitudo et disciplina, monemus vos in Domino Jesu « et rogamus sicut charissimos fratres, ut eum benigne, si ex « toto corde ad Deum conversus fuerit, suscipiatis, et circa « eum non tantum iustitiam, quae illum regnare prohibet, sed « misericordiam, quae multa delet scelera, ostendatis..... Non « ultra putet sanctam Ecclesiam sibi subiectam ut ancillam, « sed praelatam ut dominam. Non inflatus spiritu elationis con- « suetudines superbiae, contra libertatem sanctae Ecclesiae « inventas, defendat, sed observet 'sanctorum Patrum doctri- « nam, quam pro salute nostra eos docuit potestas divina..... — « Illud autem inter omnia ex parte beati Petri interdicimus, ut « nullus vestrum eum praesumat ab excommunicatione absol- « vere, quousque..... apostolicae sedis consensum et iteratum « responsum recipiatis..... — Quod si, exigentibus multorum « peccatis, quod non optamus, ex corde non fuerit ad Deum « conversus, talis ad regni gubernacula, Deo favente, inve- « niatur, qui ea, quae praediximus et caetera quae videntur

« Christianae religionis et totius imperii saluti necessaria, se-
« creta ac indubitabili promissione observaturum promittat. —
« Ut autem vestram electionem, si valde oportet ut fiat, apo-
« stolica auctoritate firmemus et novam ordinationem nostris
« temporibus corroboremus, sicut a sanctis nostris Patribus
« factum esse cognoscimus, negotium, personam et mores eius,
« quantocius potestis, nobis indicate, ut sancta, et utili intentione
« incedentes mereamini, sicut nobis notae causae, apostolicae
« sedis favorem per divinam gratiam et beati Petri apostolorum
« principis per omnia benedictionem. — De iuramento autem
« quod factum est charissimae filiae nostrae Agneti imperatrici
« Augustae, si filius eius ex hac vita ante ipsam migraret, non
« est opus adhuc dubitare, quia, si nimia pietate circa filium
« ducta iustitiae restiterit, vel si iustitiae favens ut abiiciatur
« a regno consenserit, quid restet vos ipsi comprehendite: Hoc
« tamen videtur laudabile, postquam certum fuerit apud vos
« (ut omnino firmatum), quod eius filius a regno removeatur,
« consilium ab ea et a nobis requiratur de inventa persona ad
« regni gubernacula. Tunc aut nostro communi consilio as-
« sensum praebebit, aut apostolicae sedis auctoritas omnia vin-
« cula, quae videntur iustitiae contradicere, removebit. » (Reg.
Lib. IV. Ep. 3).

30.

Se qualcuno credesse di poter ancora domandare, come senza risposta fanno, o con risposta inadeguata, molti letterati, storici e politici, i quali sorprende tanta potenza, che nella ignoranza della causa potè agli occhi dei più apparire miracolosa, dove mai attingesse il papato la forza di esercitare giurisdizione così alta, poi che l'esercitava di fatto e questo non può essere revocato in dubbio, notiamo di avere preveduto e avere già risposto alla domanda, quando verificammo il fatto, il quale di tutto questo potere sta alla origine e n'è la causa e lo costituisce: L'unità organica, cioè, della Chiesa che fu nella storia d'Europa la sola monarchia veramente universale, e i cui reggitori con chiara e sapiente coscienza operavano, perchè alla estensione ed alla importanza del fatto corrispondesse con esten-

sione pari e con pari importanza il diritto. Perchè questo avviene sempre che quegli pone e si appropria con efficacia il diritto, ossia la legge, che già lo possiede, per averne la forza, nella realtà delle cose; non verificandosi mai nella storia che un diritto sia sorto nei deboli per ingenua e disinteressata liberalità di potenti.

Ciò che era compreso e fortemente sentito dal pontefice, il quale, scrivendo, appunto in quell'anno 1076, « Henrico, « Arderico et Wifrido fidelibus sanctae apostolicae sedis, le- « gitimis filiis mediolanensis Ecclesiae », dopo avere loro ricordato la ribellione dei Normanni, che già poteva considerare come « sub manu nostra substrata ». venendo a parlare di quella, ancora riottosa, dei simoniaci, i quali « cum Henrico, « rege eorum, decreta sanctorum Patrum cum omni religione « moliuntur evertere », aggiunge: « De conspiratione autem « haereticorum et regis, quomodo a catholicis episcopis et du- « cibus et multis aliis in teutonicis partibus aperte impugnetur, « vos, qui illis prope estis, latere non credimus ». Perchè? si notino attentamente le parole testuali del pontefice, le quali sembrano quelle di un principe italiano dell'ultimo periodo della nostra grande rivoluzione, il quale forte nel suo Stato, sa di poter fare assegnamento sui plebisciti della grande maggioranza: « Ad tantum enim numerum fideles Romanae Ec- « clesiae pervenerunt, ut, nisi ad satisfactionem veniat rex, « alium regem palam dicant eligere, quibus nos favere, servata iustitia, promisimus, promissumque firmum tenebimus ». (Reg. Lib. IV. Ep. 7).

31.

Tutti conosciamo la severa giustizia di Canossa del gennaio 1077. Ma qui ancora e più vogliono essere tenuti presenti i modi e lo spirito della politica papale: Gregorio si affretta a far conoscere « omnibus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, comi- « tibus caeterisque principibus regni Teutonicorum Christianam « fidem defendentibus » i termini precisi della completa sottomissione del re: « Qui etiam priusquam intrasset Italiam, sup- « plices ad nos legatos praemittens, per omnia se satisfacturum

« Deo et sancto Petro ac nobis obtulit, et ad emendationem « vitae suae omnem se servaturum obedientiam repromisit « dummodo apud nos absolutionis et apostolicae benedictionis « gratiam impetrare mereretur ». E anche il giuramento imposto ad Enrico, nel quale il dominio e l'arbitrio del papa sul volere e la persona del re, sono intenzionalmente messi in rilievo, Gregorio rese noto e deve essere ricordato: « Ego « Henricus rex de murmuratione et dissentione, quam nunc « habent contra me archiepiscopi et episcopi, duces, comites, « caeterique principes regni Teutonicorum, et alii, qui eos in « eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem « dominus papa Gregorius constituerit, aut iustitiam secundum « iudicium eius, aut concordiam secundum consilium eius fa-« ciam, nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit, quo « transacto, ad peragendum idem paratus ero ». (Reg. Lib. IV. Ep. 12).

È anche noto che, sebbene assolvesse il re dalla scomunica, gli proibiva, da vero arbitro assoluto nella questione, di riprendere le regie insegne avanti che un giudizio più solenne, per pronunciare il quale intendeva consultare i principi teutonici, l'avesse riconosciuto degno; e differiva perciò di richiamare i sudditi alla fedeltà e alla obbedienza, da cui li aveva nel sinodo romano prosciolti. Scrive il pontefice: « Confusus « et humiliatus ad me in Longobardiam veniens, absolutionem « ab excommunicatione quaesivit. Quem ego videns humiliatum « multis ab eo promissionibus acceptis de suae vitae emen, « datione, solam ei communionem reddidi, non tamen in regno, « a quo eum in Romana synodo deposueram, instauravi, nec « fidelitatem, omnium, qui sibi iuraverant, vel erant iuraturi, « a qua omnes absolvi in eadem synodo, ut sibi servaretur, « praecipi. Et haec ideo detinui, ut inter eum et episcopos vel « principes ultramontanos, qui causa iussionis Ecclesiae resti-« terant, iustitiam facerem vel pacem componerem, sicut ipse « Henricus iuramento per duos episcopos mihi promisit ». (Reg. Concilium Romanum VII).

E poichè in quell'anno stesso 1077 contro Enrico, che in non mai spenti o in rinati propositi avversi al papa aveva trovato partigiani, i vescovi e i principi teutonici, inspirandosi ai precetti e ai consigli del papa più volte loro ripetuti.

senza consultarlo allora particolarmente, avevano eletto re Rodolfo duca di Svevia, Gregorio interviene imperiosamente fra i due rivali quale giudice di diritto solo autorovole nella contesa. E minaccia che se uno degli avversari si ribellasse alla sua volontà e alla sua decisione col non volere accettare il suo intervento e con l'opporsi ad esso, e l'altro si mostrasse docile all'obbedienza, questo senza ulteriore deliberazione egli confermerebbe nella dignità regia. Solenni e conseguenti, come sempre, sono qui ancora le sue parole. Scrive da Carpineto, già deciso di recarsi in Germania, « Bernardo sanctae Romanae « Ecclesiae diacono et Bernardo Massiliensi abbati »: « Desi« deramus cum consilio clericorum atque laicorum eiusdem « regni, qui Dominum timent et diligunt, causam inter eos, « Deo favente, discutere: et cuius parti magis ad regni gu« bernacula iustitia favet demonstrare. Scitis enim quia nostri « officii et apostolicae sedis est providentiae maiora Ecclesia« rum negotia discutere et dictante iustitia, definire. Hoc au« tem quod inter eos agitur negotium tantae gravitatis est « tantique periculi, ut, si a nobis fuerit aliqua occasione ne« glectum, non solum illis et nobis, sed etiam universali Ec« clesiae magnum et lamentabile pariat detrimentum. — Qua« propter, si alteruter praedictorum regum huic nostrae voluntati « ac deliberationi parere et ad vestra monita locum dare renuerit, « suamque superbiam atque cupiditatis faces contra onorem « Dei omnipetentis accendens, ad desolationem totius Romani « imperii anhelare tentaverit, omnibus modis, omnique ingenio « usque ad mortem, si oportet, nostra vice imo beati Petri auc« toritate ei resistite et totius regni gubernacula contradi« cendo tam illum quam omnes sibi consentientes a parteci« patione corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi et a « liminibus sanctae Ecclesiae separate: illud semper habentes « in memoria, quia scelus idolatriae incurrit qui apostolicae « sedi obedire contemnit et quod beatus Gregorius doctor sanctus « et humillimus decrevit reges a sua dignitate cadere, si te« merario ausu praesumerent contra apostolicae sedis iussa ve« nire. — Alteri autem, qui nostrae iussioni humiliter paruerit, « et obedientiam universali matri, sicut decet christianum re« gem, exhibuerit, convocato concilio omnium clericorum et « laicorum quos advocare poteritis, consilium et adiutorium

« in omnibus praebete et in regia dignitate per auctoritatem « beatorum apostolorum Petri et Paoli nostra vice confirmate, « omnibusque episcopis, abbatibus, clericis ac laicis in omni « regno habitantibus, ut sibi fideliter, sicut oportet, regi obe- « diant et deserviant ex parte omnipotentis Dei praecipite ». (Reg. Lib. IV. Ep. 23).

E con parola non meno universale, ed identica nell'espressione e nell'autorità, agli arcivescovi, vescovi, duchi, conti, e a tutti i fedeli in Cristo chierici e laici maggiori e minori del regno teutonico contemporaneamente annunciava, consigliava, imponeva : « Nos... parati sumus cum vestro consilio... aequi- « tatem causae utriusque decernere et ei praebère auxilium « cui iustitia ad regni gubernacula favere dignoscitur ». Ma non intende il papa di tollerare più a lungo « si per unius « hominis superbiam tot millia hominum Christianorum tem- « porali et aeternae morti traduntur, et Christiana religio con- « funditur, Romanumque imperium ad perditionem perducitur ». Quello dei due contendenti che tentasse resistere e sfuggire il suo giudizio considerino come Anticristo e decaduto irrevocabilmente dalla dignità e dall'officio. A quello chè si dimostrasse devoto alla santa sede siano fedeli e prestino obbedienza. (Reg. Lib. IV. Ep. 24).

E l'anno dopo, 1078, ancora « omnibus clericis et laicis in « regno teutonico constitutis, qui excommunicationis vinculo non « tenentur » come sommo reggitore e giudice della grande questione delibera e comanda: « Quae et quanta cura nobis « fuerit et est, ut pestilentia et clades et desolatio a vestro « regno auferatur, et pax, honestas et solitum decus vobis « reddatur, in synodo, quae hoc anno in quadragesima Romae « celebrata fuit declaravimus. Iudicio enim sancti Spiritus « decrevimus et praecipimus, ut in regno vestro conventus « omnium episcoporum et eorum laicorum, qui Deum timent « et inter vos pacem desiderant, fieret; et coram nostris legatis « decerneretur si Henrico vel Rodulpho, qui de regni guber- « naculo inter se decertant, amplius iustitia faveret. Iniustior « enim pars ratione devicta et beati Petri auctoritate constricta, « facilius cederet, et ab interitu animarum et corporum, Deo « propitiante, cessaret. Justior vero pars amplius de Deo con- « fideret ed adiuta beati Petri potestate, et omnium iustitiam

« diligentium consensu, de victoria omnino speraret, neque « utramque mortem timeret. » (Reg. Lib. VI. Ep. 1).

Ancora l'anno 1079 « omnibus fidelibus sancti Petri in « teutonico regno commorantibus » scrive : « Quotquot... Latini « sunt, omnes causam Henrici praeter admodum paucos lau- « dant ac defendunt, et pernimiae duritiae ac impietatis circa « eum me redarguunt. Quibus, Dei gratia, omnibus sic resti- « timus hactenus, ut in neutram adhuc partem nisi secundum « iustitiam et aequitatem, secumdum nostrum intellectum de- « clinaremus ». (Reg. Lib. VII. Ep. 3).

Il papa aveva minacciato di scomunica quelli che avessero in qualunque modo sollevati ostacoli contro l'assemblea da lui indetta in Germania per giudicare e risolvere la contesa. Enrico fu tra questi; e Gregorio in un sinodo romano del 1080 nuovamente lo scomunicò co' suoi fautori e lo depose, sciogliendo i sudditi dal giuramento di fedeltà, e confermando nell'ufficio e nella dignità di re il duca di Svevia, il quale al papa già aveva fatto le profferte maggiori di obbedienza. Questo nuovo atto di governo è importantissimo a conoscersi, perchè in esso non solo si afferma nel modo più solenne che mai la supremazia imperiale universale del pontefice, ma si definisce a parte a parte l'estensione della giurisdizione sua, la quale per poter disporre di tutto non ha limite; Il successore di Pietro principe degli apostoli, e di Paolo maestro delle genti, ha potestà in terra di togliere e concedere a chiunque secondo i meriti gli imperî, i regni, i principati, i ducati, le marche, i contadi, o qualunque altro possesso che gli uomini tutti, nessuno escluso, possano avere. Il papato si proclama signore di diritto degli uomini e delle cose: « Beate Petre, « princeps apostolorum, et tu beate Paule, doctor gentium, di- « gnamini, quaeso, aures vestras ad me inclinare, meque cle- « menter exaudire... Confidens de iudicio et misericordia Dei « eiusque piissimae matris semper virginis Mariae fultus vestra « auctoritate... Henricum, quem regem dicunt, omnesque fau- « tores eius excommunicationi subiicio et anathematis vinculis « alligo: et iterum regnum Teutonicorum et Italiae ex parte « omnipontentis Dei et vestra interdicens ei, omnem potestatem « et dignitatem illi regiam tollo et ut nullus christianorum ei « sicut regi obediat interdico, omnesque qui ei iuraverunt vel

« iurabunt de regni dominatione a iuramenti promissione absolvo.
« Ipse autem Henricus cum suis fauctoribus in omni congres-
« sione belli nullas vires nullamque in vita sua victoriam ob-
« tineat. — Ut autem Rodulphus regnum Teutonicorum regat
« et defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem, ad ve-
« stram fidelitatem ex parte vestra dono, largior et concedo:
« omnibus sibi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium
« peccatorum, vestramque benedictionem in hac vita et in fu-
« tura, vestra fretus fiducia, largior. — Sicut enim Henricus
« pro sua superbia inobedientia et falsitate a regni dignitate
« iuste abiicitur, ita Rodulpho pro sua humilitate, obedientia
« et veritate potestas et dignitas regni conceditur. — Agite
« nunc, quaeso, Patres et principes sanctissimi, ut omnis mun-
« dus intelligat et cognoscat quia, si potestis in coelo ligare et
« solvere, potestis in terra imperia, regna, principatus, ducatus,
« marchias, comitatus et omnium hominum possessiones pro
« meritis tollere unicuique et concedere. Vos enim patriarchatus,
« primatus, archiepiscopatus, episcopatus frequenter tulistis
« pravis et indignis et religiosis viris dedistis. Si enim spiritualia
« iudicatis, quid de saecularibus vos posse credendum est? et
« si angelos dominantes omnibus superbis principibus iudica-
« bitis, quid de illorum servis facere potestis? — Addiscant
« nunc reges et omnes saeculi principes quanti vos estis, quid
« potestis; et timeant parvipendere iussionem Ecclesiae vestrae;
« et in praedicto Henrico tam cito iudicium vestrum exercete,
« ut omnes sciant quia non fortuito sed vestra potestate cadet. »
(Reg. Concilium Rom. VII).

32.

Citeremo un ultimo atto della politica e del governo di Gregorio settimo. Essendo in quest'anno 1080 morto Rodolfo e da ogni parte arrivando al pontefice preghiere, perchè riabilitasse Enrico, egli scrivendo nel 1081 « dilecto in Christo « fratri et coepiscopo Pataviensi A... et venerabili Hirsangiensi « abbati W... », pone tali condizioni: « Nisi (Henricus) ita obe-« diens et sanctae Ecclesiae humiliter devotus ac utilis que-« madmodum christianum regem oportet, et sicut de Rodulpho

« speravimus, fuerit, procul dubio ei non modo sancta Ecclesia
« non favebit, sed etiam contradicet. De praedicto enim Ro-
« dulpho rege, quid sancta Romana Ecclesia speraverit, et quid
« ille promittebat, tu ipse, frater charissime, satis cognoscis.
« Providendum est ergo ut non minus ab eo, qui est eligendus
« in regem, inter tot pericula et labores sperare debeamus.
« Qua de re quid promissionis iuramento sancta Romana Ec-
« clesia ab illo requirat, in sequenti significamus »:

« *Iuramentum regis*: Ab hac ora et deinceps fidelis ero per
« rectam fidem beato Petro apostolo eiusque vicario papae Gre-
« gorio, qui nunc in carne vivit: et quodcumque mihi ipse papa
« praeceperit, sub his videlicet verbis: Per veram obedientiam,
« fideliter, sicut oportet christianum, observabo. De ordinatione
« vero ecclesiarum et de terris vel censu, quae Constantinus
« imperator, vel Carolus sancto Petro dederunt, et de omnibus
« ecclesiis vel praediis, quae apostolicae sedis ab aliquibus viris
« vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata vel concessa et in
« mea sunt vel fuerint potestate, ita conveniam cum papa, ut
« periculum sacrilegii et perditionem animae meae non incur-
« ram; et Deo sanctoque Petro, adiuvante Christo, dignum
« honorem et utilitatem impendam; et eo die, quando illum
« primitus videbo, fideliter per manus meas miles sancti Petri
« et illius efficiar ». (Reg. Lib. IX. Ep. 3).

Noi invitiamo a confrontare questo giuramento che Gregorio voleva da Enrico con quello che abbiamo visto gli prestavano i suoi vassalli di Capua, di Benevento, di Puglia, Calabria e Sicilia.

Chiude il papa la sua epistola con queste parole: « Verum
« quoniam religionem tuam apostolicae sedi fidelem et promissis
« tenemus et experimentis non dubitamus, de his, si quid mi-
« nuendum vel augendum censueris, non tamen praetermisso
« integro fidelitatis modo et obbedientiae promissione, potestati
« tuae et fidei, quam beato Petro debes, committimus ».

33.

Nè gli imperatori e i re potevano sottrarsi alla politica e al governo del papato. La stessa loro diplomazia, la quale era

dei migliori l'arma più potente, n'era serva. E se noi seguiamo da vicino gli atti di questa diplomazia vediamo più che a Canossa, sebbene in forma meno drammatica e meno volgare, nei principi laici la resa a discrezione, imposta dalla necessità, frequente, nei papi non mai. Ed era tra i mezzi, a cui la politica del pontefice spesso ricorreva, lo scoprire pubblicamente, ogni volta che se ne fosse presentata l'opportunità i principi nei loro atti di sottomissione; così che ciò che poteva essere stato loro utile come astuzia diplomatica per placare in qualche modo l'indignazione della santa sede, o per darle una facile e non gravosa soddisfazione, o per accaparrarsene l'appoggio e i favori ricadeva sempre su di loro a danno, quando quelle proteste di devozione e di obbedienza erano invocate dal papa e poste a confronto dell'opera loro, la quale agli occhi dei più, a cui dell' arti diplomatiche sfuggono le necessità e i limiti precisi, appariva facilmente difforme. Scrive, ad esempio Gregorio nel 1073 ad Erlembaldo cavaliere milanese: « Henricum regem... scias dulcedinis et obe-« dientiae plena nobis verba misisse et talia qualia neque « ipsum, neque antecessores suos recordamur Romanis ponti-« ficibus misisse ». (Reg. Lib. I. Ep. 25). E allo stesso Enrico nel 1074: « Quia legatis nostris te benevolum tractabilemque « praebuisti eorumque interventu quasdam res ecclesiasticas « laudabiliter correxisti, nobis quoque per eos congruae salu-« tationis et devotae servitutis exibitionem transmissisti, gra-« tanter accepimus ». (Reg. Lib. II. Ep. 30). E nel 1075: « Mirum nobis valde videtur quod toties nobis tam devotas « epistolas et tantam humilitatem tuae celsitudinis per lega-« torum tuorum verba transmittis, filium te sanctae matris « Ecclesiae et nostrum vocas in fide subiectum, in dilectione « amicum, in devotione praecipuum, postremo cum omni affectu « dulcedinis et reverentiae te commendas, re tamen et factis « asperrimum canonicis atque apostolicis decretis in his, quae « ecclesiastica religio maxime poscit, te contrarium ostendis ». (Reg. Lib. III. Ep. 10).

E valga quale altro esempio importante del come era alle volte riconosciuta dai principi l'autorità e la supremazia del papa il modo, col quale si affrettò a riconoscerla Rodolfo duca di Svevia, quando nel 1077 fu nominato re e contra posto

ad Enrico. Lo rende di pubblica ragione il papa nella sentenza di scomunica e di deposizione del 1080: « Episcopi et principes « ultramontani, audientes illum (Henricum) non servare mihi « quod promiserat, quasi desperati de eo, sine meo consilio,... « elegerunt sibi Rodulphum ducem in regem. Qui rex Rodul- « phus festinanter ad me misso nuntio, indicavit se coactum regni « gubernacula suscepisse: tamen se se paratum mihi omnibus « modis obedire: et ut hoc verius credatur, semper ex eo tem- « pore eumdem mihi misit sermonem, adiiciens etiam filio suo « obside et fideli sui ducis Bertholdi filio quod promittebat fir- « mare ». (Reg. — Concilium Rom. VII).

Capitolo V.

34.

Noi abbiamo fin qui in modo particolare insistito a far notare i modi e lo spirito di quei documenti, che mostrano la suprema giurisdizione esercitata dal papato sul re di Germania e d'Italia: ma dalle parole di quegli stessi atti fin qui citati si è potuto osservare che non diversa era la giurisdizione professata su gli altri re e principi; ed ora mostriamo che non era diversa di fatto, ed era, nella amministrazione, universale.

Vogliamo porre da parte il ragionare di quegli atti che il papa poteva compiere nelle sue relazioni coi principi più come sacerdote che come uomo di Stato, e diremo solo di quelli che più immediatamente hanno valore e carattere di politico governo. Esaminiamo, ad esempio, la condotta del papa con Filippo primo, re di Francia. Nel 1074 scrive Gregorio « Philippo regi Franco- « rum »: — « Significasti nobis per litteras et legatos tuos te beato « Petro apostolorum principi devote ac decenter velle obedire... « Attendere... te nobiscum et diligenter considerare volumus « in quanta dilectione sedis apostolicae, quantaque gloria et « laudibus fere per orbem terrarum antecessores tui reges cla- « rissimi et famosissimi habiti sunt, dum illorum regia maiestas « in amplificandis et defendendis Ecclesiis pia ac devota con- « stitit, in tenendo iustitiam libera ac distracta permansit. Post- « quam vero divina et humana iura subvertendo tanta virtus

« in posterioribus coepit hebescere, totius regni gloria, decus,
« honor et potentia cum perversis moribus immutata sunt, et
« nobilissima fama et status regni a culmine suae claritatis
« inclinata sunt... Ut igitur eorum, quorum es successor in
« regno nobilitatis et gloriae apud Deum et homines singularis
« et individuus haeres existas, virtutem illorum summopere te
« imitari, et iustitiam Dei totis viribus exseguendo ecclesias
« quantum potes restaurare et defendere exorthamur ». (Reg.
Lib. I. Ep. 75).

A questa epistola un'altra di ben diverso tenore teneva dietro nello stesso anno « archiepiscopis, caeterisque episcopis Franciae », nella quale, richiamati molti delitti che in quelle terre rimanevano impuniti, quali il sequestro e la spogliazione di mercanti d'Italia e d'altre regioni, e di pellegrini, e notato che « tepente inter vos regia potestate, nullis legibus, nulloque « imperio iniuriae prohibitae sunt vel punitae », biasima il papa l'acquiescenza degli uomini di Chiesa, e comanda loro sotto pena di perdere officio e grado di richiamare il re, il quale « defensor legum et iustitiae esse debet », sulla retta via del dovere suo, e di opporre coraggiosi la resistenza e la scomunica nel caso si ostinasse nel male; e più in là di minacciare l'interdetto su tutte le chiese; rimedio estremo, tenterà egli in tutti i modi di balzarlo dal trono di Francia: « Quarum « rerum (calamitates et scelera) rex vester, qui non rex sed « tyrannus dicendus est, suadente diabolo, caput et causa est, « qui omnem aetatem suam flagitiis et facinoribus polluit, « et suscepta regni gubernacula miser et infelix inutiliter « gerens, subiectum sibi populum non solum nimis soluto ad « scelera imperio relaxavit, sed ad omnia, quae dici et agi nefas « est, operum et studiorum suorum exemplis incitavit.... Ro« gamus vos et ex vera charitate monemus ut caveatis vobis « ne prophetica super vos maledictio veniat, qua dicitur: ma« ledictus homo qui prohibet gladium suum a sanguine (Ier. 48), « hoc est, sicut ipsi bene intelligitis, qui verbum praedicationis « a carnalium hominum retinet increpatione.... Si prohibere « eum a delictis contra ius et reverentiam promissae sibi fide« litatis esse putatis, longe vos fallit opinio.... De timore vero « vanum est dicere,... et si timor ac periculum mortis immi« neret, vos tamen a libertate vestri sacerdotalis officii desistere

« non oporteret. Unde rogamus vos et apostolica auctoritate
« monemus ut, in unum congregati, communi consilio ac con-
« iunctissimis animis regem alloquentes de sua eum et regni
« confusione atque periculo commoneatis, et quam criminosa
« sint eius facta atque consilia in faciem eius ostendentes,
« omni exhortatione eum flectere studeatis... Quod si vos audire
« noluerit et abiecto timore Dei contra regium decus, contra
« suam et populi salutem in duritia cordis sui perstiterit,... ab
« eius vos obsequio atque communione penitus separantes, per
« universam Franciam omne divinum officium publice cele-
« brari interdicite. Quod si nec huiusmodi districtione voluerit
« resipiscere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin modis
« omnibus regnum Franciae de eius occupatione, adiuvante Deo,
« tentemus eripere. Sane si in hoc tanto tamque necessario
« negotio tepidos vos cognoverimus, non iam amplius dubi-
« tantes, quin vestra fiducia fultus incorregibili perduret, vos
« ipsos sicut socios et complices scelerum eius, episcopali pri-
« vatos officio pari vindictae iaculo feriemus ». (Reg. Lib. II.
Ep. 5).

Questo stesso re di Francia in una lettera di quell'anno a Manasse, arcivescovo Remense, il papa chiama « Philippus rex « Franciae, imo lupus rapax, tyrannus iniquus, Dei et reli- « gionis sanctae Ecclesiae inimicus ». (Reg. Lib. II. Ep. 32).

E ancora nello stesso anno 1074 per appoggiare l'opera dei vescovi il papa si rivolge « Guilielmo comiti Pictavensi », perchè questi pure con altri nobili di Francia s'adoperi ad ammonire il re, che desista dalle sue scelleratezze pena la scomunica e la perdita della dignità e dell'alto officio: « Licet
« Philippi regis Francorum iniquitates ad notitiam tuam per-
« venisse dubitandum non sit, utile tamen duximus, quantum
« de eisdem iniquitatibus doleamus, tibi innotescere. Nam inter
« caetera scelera,... adeo regiae dignitatis posthabuit vere-
« cundiam, ut, avaritia potius inflammante quam ratione aliqua
« poscente, Italiae negotiatores, qui ad partes vestras venerant,
« depraedatus fuerit. Qua de re, quia episcopos Franciae litteris
« nostris eum convenire monuimus, te quoque... praecipue mo-
« nemus, quatenus ex illis atque nobilioribus Franciae qui-
« busdam adhibitis iniquitates suas sibi notificetis.... Qui si
« consiliis vestris acquieverit, nos eum, qua debemus charitate,

« tractabimus: alioquin si in perversitate studiorum suorum « perduraverit,... nos, Deo auxiliante et nequitia sua promerente, « in Romana synodo a corpore et communione sanctae Ecclesiae « ipsum, et quicumque sibi regalem honorem vel obedentiam « exhibuerit, sine dubio sequestrabimus, et eius quotidie super « altare sancti Petri excommunicatio confirmabitur. Diu est « enim quod iniquitates suas portavimus ». (Reg. Lib. II. Ep. 18).

35.

Sempre a conferma della universalità nell'esercizio della politica papale, così come a maggiore studio dei modi e della natura sua, richiamiamo l'attenzione dei nostri lettori anche sugli atti seguenti del Governo di Gregorio settimo. Nel 1075 in una epistola « Sueno regi Danorum » il papa a questo re, a cui raccomanda una amministrazione « secundum Deum », chiede che con regolare ambasciatore gli dica quante armi e quanti soldati metterebbe, se richiesto, a sua disposizione contro i nemici della sede apostolica: « Rogamus,... et sincera cha« ritate monemus, ut commissa tibi regni gubernacula se« cundum Deum administrare studeas et nomen regalis excel« lentiae congrua ac consonanti virtutum proprietate geras, « quatenus eam, per cuius principatum subiectis imperas in « corde tuo semper regnare iustitiam ostendas.... Si sancta Ro« mana mater Ecclesia contra profanos et inimicos Dei tuo « auxilio in militibus et materiali gladio opus habuerit, quae « spes nobis de te habenda sit,... tua certa legatione cognoscere « cupimus ». (Reg. Lib. II. Ep. 51). E noi abbiamo già detto come in altra epistola del 1075 a questo stesso re il papa ricordasse il supremo diritto e la consuetudine della santa sede di « corripere in his quae arguenda erant omnes reges et principes ». Anche aggiungeva che, mentre contro altri « reges « et praesides terrae contemptores ecclesiasticae legis », smesse le legationi, pensato aveva meglio di invocare « Dominum « regum et Deum ultionum », di lui fedele e devoto, lodava e per quanto poteva intendeva ricompensare l'obbedienza: « Quia « scimus te et fortissimam gentem tuam, quae freno sapientiae « tuae moderatur, circa matrem omnium Ecclesiarum debitam

« reverentiam exhibere, quae tanto est beato Petro humilior
« quanto in fortitudine sua sublimior, ideo tibi dilectissimo filio
« nostro litteras mittimus atque paterna affectione mandamus,
« ut si quid est, unde indiges, quod auctoritas Romanae Ec-
« clesiae possit tibi iuste largiri, per nuntios tuos et per hos
« quos nunc mittimus nobis notum facias, quatenus in quantum
« fas est, te honoremus et praedictam reverentiam nobilissimi
« regni tui merita dignitate donemus ». (Reg. Lib. II. Ep. 75).

Anche abbiamo già detto come, scrivendo nel 1080 « Gui-
« lielmo regi Anglorum », insistesse il pontefice nel fargli ap-
prezzare come fosse la dignità apostolica superiore alla regia, e
come questa da quella dovesse in tutto dipendere, per ciò che
al papa avrebbe la giustizia divina chiesta severa ragione della
condotta dei re. Concludeva quell'epistola: « Si ergo iusto
« Judici, et qui mentiri nescit, creaturarum omnium Creatori
« tremendo iudicio te sum repraesentaturus, iudicet diligens
« sapientia tua an debeam vel possim saluti tuae non diligen-
« tissime cavere, et tu mihi ad salutem tuam, ut viventium
« possideas terram, debeas vel possis sine mora non obedire.
« Provideas ergo, ut pro te incessanter insistas, si te diligis,
« Deum honoremque dei tibi tuoque praeponere honori, Deum
« munda mente, totis viribus, integro corde diligere. » (Reg.
Lib. VII. Ep. 25).

36.

Che questa sia la politica, questo il governo del papato,
e non del solo Gregorio settimo, nell'evo medio vedremo qui
appresso. Qui ci affrettiamo ad osservare che, come avviene
sempre dove è in questione un diritto esistente nella realtà
delle cose anche se non ancora riconosciuto nella legge, il papa
si sentiva ed appariva superiore anche quando, sopraffatto tem-
poraneamente dalla violenza, si riduceva a protestare; mentre
l'imperatore e i re si sentivano ed apparivano inferiori anche
quando la forza dell'armi dava nelle loro mani vinto o prigione
il papa, od essi gli potevano opporre un'assemblea, un conci-
liabolo, un antipapa. Questo avveniva per ciò che la superiorità
e l'inferiorità non era negli uomini ma nelle instituzioni.

37.

In questo modo dunque, se il papa può come sovrano feudale affermare la sua giurisdizione sui Normanni, sulle terre propriamente dette di S. Pietro, sulla Corsica, la Spagna, la Brittania, la Dalmazia, l'Ungheria, la Boemia, la Russia, afferma ed esercita da Roma con efficace governo nella monarchia universale della Chiesa la supremazia politica imperiale su gli Stati d'Europa tutti.

Nè nell'esercizio di questa suprema amministrazione rifugge dall'armi. Era nel diritto professato dalla sede apostolica che la spada di ogni principe cristiano avanti e sopra ogni altro servizio doveva essere a quello della Chiesa: e lo spirito dell'evo era tale che, se ciò era per la sede apostolica un diritto, per i principi era un onore: Abbiamo visto il papa invocare l'armi ed usarle contro i Normanni ribelli, prometterle ai Corsi, chiederle al re danese; e potremmo citare esempi senza numero, se già troppi non fossero noti per esserne piene le storie. Insisteremo invece ancora, a scopo esclusivo di apprezzarne il valore e il carattere politico, su di uno, che in ciò li rispecchia tutti; possiamo da esso chiaramente vedere come anche negli atti militari e di importanza relativamente piccola, il papato rivela sempre la coscienza del suo universale dominio e sa di operare con l'aiuto di tutti i fedeli, « qui circa Urbem longe lateque sunt », pronti all'occasione a combattere « armata manu » per lui « contra omnes mortales. »

Scrive Gregorio settimo nel 1080 « fratribus et coepiscopis, « christianam religionem defendentibus, caeterisque clericalis, « ac laicalis ordinis sancti Petri fidelibus » : « Notum sit « dilectioni vestrae nos tam per nos ipsosquam et per le- « gatos nostros cum duce Roberto et Jordano caeterisque « potentioribus Nortmannorum principibus fuisse locutus, qui « profecto unanimiter promittunt se, sicut iurati sunt, ad « defensionem sanctae Romanae Ecclesiae nostrique honoris « contra omnes mortales auxilium impensuros. Idipsum quoque « nobis et qui circa Urbem longe lateque sunt, et in Tuscia « caeterisque regionibus principes firmiter pollicentur. Unde « post kalendas Septembris, postquam tempus frigescere coe-

« eperit, upientes sanctam Ravennatem ecclesiam de manibus « impiis eripere et patri suo beato Petro restituere, partes illas « armata manu, sicut de Domino speramus, petemus, ac per « ipsius auxilium nos eam liberaturos haud dubie credimus. » (Reg. Lib. VIII. Ep. 7).

Capitolo VI.

38.

Trasmoderemmo oltre i confini del nostro modesto assunto, se volessimo documentare tutta la politica dei papi da Gregorio settimo a Bonifacio ottavo; d'altra parte l'induzione nostra non avrebbe fondamento sufficiente, se non mostrassimo coi documenti immediati del tempo che la politica del papato rimane immutata per tutto l'evo medio, ed è quella di Gregorio; e che l'autorità dei pontefici fu sempre grandissima, per quanto sia stata sempre maggiormente e più efficacemente contrastata mano mano che ci avviciniamo ai tempi moderni, nei quali le cause molteplici, che rinnovarono gli spiriti e prepararono le nuove grandi rivoluzioni della mente e della coscienza e quindi anche della politica e delle instituzioni, dovevano necessariamente convergere a restringere il territorio e l'impero della sede apostolica, la sua giurisdizione, l'autorità dei suoi pontefici i mezzi del suo governo.

Per avvicinarci dunque saviamente al secolo di Dante, diremo quanto basti della politica di Innocenzo terzo, di Onorio terzo, di Gregorio nono, di Innocenzo quarto e di Bonifacio ottavo. Vogliamo parlare particolarmente dei primi quattro non solo perchè il loro pontificato abbraccia tutta la prima metà del secolo decimoterzo, ma più perchè da esso particolarmente si può misurare quale e quanta ancora fosse la potenza del papato due secoli dopo Gregorio settimo, avendo essi retto le sorti della Chiesa quando fu a capo dell'Impero Federico secondo, del quale studieremo più avanti il pensiero alto e saggio e l'azione fortissima, con cui mirò a rafforzare l'unità organica della grande monarchia e a fermare in essa il potere e lo Stato

laico di fronte e contro il potere e lo Stato della Chiesa, per raggiungere l'indipendenza prima, la supremazia poi.

39.

Abbiamo visto Gregorio settimo professare efficacemente negli atti diplomatici coi principi laici, coi re e cogli imperatori, cogli ecclesiastici tutti maggiori e minori e coi popoli il diritto di supremazia politica universale: Il papa, suprema autorità spirituale, è il monarca dei monarchi con giurisdizione su tutti, anche sul capo dell'Impero; i re e i popoli di tutti i regni sono per volere divino, chiaramente espresso nelle sacre carte e nella dottrina dei santi Padri, soggetti alla Chiesa; la Chiesa a Cristo e per esso a Pietro e per esso al papato. L'estensione territoriale del dominio della santa sede è universale come il suo diritto.

Ed Innocenzo terzo in un atto politico della più alta importanza, trattandosi in esso di risolvere la questione, chi dovesse il papa riconoscere come re di Germania e chiamare all'onore della corona imperiale nella nota contesa fra Ottone di Brunswich, Filippo di Svevia e Federico figlio dell'imperatore Enrico sesto, comincia dal porre come postulato, essere la santa sede sola arbitra nel grave dissidio, per ciò che l'Impero ad essa appartiene « *principaliter et finaliter* »: — « Interest Apo-« stolice sedis diligenter et prudenter de imperii Romani pro-« visione tractare, cum imperium noscatur ad eam principaliter « et finaliter pertinere: — *principaliter*, cum per ipsam et « propter ipsam de Grecia sit translatum, per ipsam translationis « actricem propter ipsam melius defendendam; — *finaliter*, « quoniam imperator a summo pontifice finalem sive ultimam « manus impositionem promotionis proprie accipit, dum ab eo « benedicitur, coronatur et imperio investitur. — Quod Henricus « optime recognoscens a bone memorie Celestino papa prede-« cessore nostro, post susceptam ab eo coronam cum aliquantulum « abscessisset, rediens tandem ad se, ab ipso de imperio per « pallam auream petiit investiri. » (H. B: Histor. dipl. tom. I. pag. 70).

E sulla bocca di Gregorio nono risuona quasi identica anche nella forma esteriore la parola di Ildebrando, quando nel 1236 domanda a Federico secondo dove attinga l'audacia di sindacare le decisioni della sua coscienza, della quale solo giudice è Dio in cielo, mentre le teste dei re e dei principi si curvano alle ginocchia dei sacerdoti; mentre gli imperatori cristiani devono sottomettere i loro atti non solo al pontefice romano ma anche agli altri dignitari della Chiesa; mentre il Signore ha riserbato a se stesso il diritto di giudicare la sede apostolica, al giudizio della quale ha sottomessa la terra intera nelle cose occulte come nelle manifeste. E imperiosamente gli ricorda che, se a lui come a' suoi predecessori il papato concesse grado e officio d'imperatore, ciò fece « nihil de substantia suae iuris« dictionis imminuens. » E lo invita ad imitare l'esempio di Costantino il quale riconobbe « dignum esse, ut sicut principis « apostolorum vicarius in toto orbe sacerdotii et animarum re« gebat imperium, sic in universo mundo rerum obtineret et « corporum principatum » : — « Nequaquam incaute ad iudicanda « secreta conscentie nostre, cuius iudex in celo est conscius « in excelsis, proprie ruinam conscientie metuens, evolasses, « cum regum colla et principum submitti videas genibus sacer« dotum et christiani imperatores subdere debeant executiones « suas non solum Romano pontifici, quin etiam aliis presulibus « non preferre, nec non Dominus Sedem apostolicam, cuius « iudicio orbem terrarum subiicit in occultis et manifestis, a « nemine iudicandam soli suo iudicio reservarit. At fortasse « ignoras quod Oza morte percutitur eo quod arcam Domini « inclinatam manu temeraria sustinere conabatur.... Quare si « te ad notoria facta tua speculanda reduceres, non solum de « nostra, immo iudicare de conscientia etiam cuiuslibet tui subditi « dubitares..... Vade ad tuorum memoriam predecessorum et « inspice, transi ad felicis recordationis Costantini, Caroli magni, « Arcadii et Valentiniani imperatorum exempla, et ea dili« gentius speculare ubi infallibilis solutionis conclusio sine « instantia super premissis accipitur, ubi reprobanda false opi« nionis assumptio confutatur. Illud autem minime preterimus « toti mundo publice manifestum quod predictus Constantinus, « qui singularem super universa mundi climata monarchiam « obtinebat, una cum toto senatu et populo non solum Urbis,

« sed in toto Romano imperio constituto, unanimi omnium acce-
« dente consensu, dignum esse decernens ut sicut principis apo-
« stolorum vicarius in toto orbe sacerdotii et animarum regebat
« imperium, sic in universo mundo rerum obtineret et corporum
« principatum, et existimans illum terrena debere sub habena
« iustitie regere cui Dominum noverat in terris celestium re-
« gimen commisisse, Romano pontifici signa et sceptra impe-
« rialia, Urbem cum toto ducatu suo,... nec non et imperium
« cure perpetuo tradidit; et nefarium reputans ut, ubi caput
« totius christiane religionis ab imperatore celesti disponitur,
« ibidem terrenus imperator potestate aliqua fungeretur, Italiam
« apostolice dispositionis relinquens, sibi novam in Grecia man-
« sionem elegit; de qua postmodum in persona prefati magnifici
« Caroli, qui iugum a Romana Ecclesia vix ferendum impositum
« pia debere docuit devotione portari, Sedes Apostolica trans-
« ferens in Germanos, predecessoribus tuis, sicut et in tua
« persona recolis esse factum in consecrationis et inunctionis
« munere, nihil de substantia sue iurisdictionis imminuens, imperii
« tribunal supposuit et gladii potestatem in subsecuta corona-
« tione concessit, ex quo iuri Apostolice Sedis et non minus fidei
« ac honori tuo derogare convinceris, dum factorem proprium non
« agnoscis. — Ex eo autem non modicam notam indevotionis
« incurris, quod nobis et fratribus nostris sacrilegii maculam
« conaris impingere, quia eos, quibus a te ecclesie ac ecclesiastica
« beneficia conferuntur, reputantes indignos, de tuo videmur
« iudicio disputare; non attendens quod sacerdotes Christi regum
« et principum omnium fidelium patres et magistri censentur.
« Non ne miserabilis insanie esse cognoscitur, si filius patrem,
« discipulus magistrum conetur arguere, a quibus non solum
« in terris sed in celis se se ligari posse institutione divina
« docetur? » (H. B: Histor. dipl, tom. IV. pag. 918).

E ancora in un'epistola del 21 giugno 1239 « venerabilibus
« fratribus, archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius »,
dove con animo esasperato Gregorio esclama: « Ascendit de
« mari bestia blasphemie plena nominibus, que pedibus ursi et
« leonis ore deseviens, ac membris formata ceteris sicut pardus,
« os suum in blasphemias divini nominis aperit... Caput, me-
« dium et finem huius bestie Frederici dicti imperatoris inspi-
« cite diligenter... »; e cerca di mostrare che Federico falsifica

ne' suoi scritti diplomatici fatti, parole ed intenzioni del pontefice, con parola sempre identica a quella di Ildebrando definisce, eretica la dottrina dell'imperatore, che negava al papa la potestà a lui da Dio concessa di scomunicarlo: « Per literas « eius suarum producit in lucem opera tenebrarum, in eis « constanter proponens quod per nos tamquam Christi vicarium « vinculo excommunicationis astringi non potuit. Sicque affir« mans non esse apud Ecclesiam a Domino beato Petro et eius « successoribus ligandi atque solvendi traditam potestatem, « dum heresim asserit, proprio sibi argumento concludit, con« sequenter ostendens quod male sentiat de ceteris fidei orthodoxe « articulis, dum Ecclesie, super quam fides fondata consistit, « auferre nititur concessum verbo Dei privilegium potestatis ». (H. B: Histor. dipl. tom. V. p. 327).

La Chiesa, pure investendo di gran parte de' suoi diritti il principe laico, perchè la difenda, s'è riservato il patrimonio di San Pietro quale segno visibile del dominio universale che le appartiene: Sono queste ancora parole di Gregorio in un atto solenne dell'anno 1240, in cui pubblicamente rimprovera a Federico, da lui già scomunicato, l'opera ostile alla Chiesa e al suo capo: « Patrimonium beati Petri, quod inter cetera « imperii iura, que seculari principi tamquam defensori sacro« sancta commisit Ecclesia, ditioni sue in signum universalis « dominii reservavit, iuramenti transgressor et beneficiorum « oblitus, occupare dolo non minus quam viribus non veretur ». (H. B: Histor. dipl. tom. V. pag. 777).

E come tutti i suoi predecessori anche Innocenzo quarto nell'atto che faceva redigere nel 1245 « ad rei memoriam sem« piternam » a ricordare cioè che in quell'anno egli aveva scomunicato e privato della dignità e dell'officio di re e di imperatore Federico secondo, e sciolti i sudditi dal giuramento di fedeltà, considera esplicitamente l'opera sua nel concilio di Lione contro l'imperatore come conseguente da un diritto di giurisdizione universale, che la sede apostolica esercita su tutti i cristiani: « Ad apostolicae dignitatis apicem licet indigni, « dignatione divinae maiestatis assumpti, omnium christiano« rum curam vigili sedulaque solertia gerere, ac intimae conside« rationis oculo singulorum discernere merita, et providae deli« berationis statera librare debemus: ut quos iusti vigor exa-

« minis dignos ostendit, congruis attollamus favoribus, quos « autem reos, paenis debitis deprimamus, appendentes semper « meritum et praemium aequa lance, retribuendo cuique, iuxta « qualitatem operis, paenae vel gratiae quantitatem ». (Ep. Petr. de Vin. — Formula depositionis Friderici publicata a Simone Schardio D. — Basilea 1566).

40.

Nè la parola di giurisdizione universale, che continua ad essere professata dal papato nel secolo XIII, è meno autorevole o meno efficace nell'amministrazione politica di quella di Gregorio settimo. Degna di essere considerata è l'importanza dei momenti solenni in cui essa parola è pronunciata; ma noi richiameremo ancora l'attenzione sulla importanza degli atti, di cui è parte integrante; e vorremmo anche insistere sulle conseguenze politiche di questi atti, se per essere notate in tutte le volgari storie, già non fossero generalmente conosciute.

Innocenzo terzo, movendo dal postulato sopradetto avvocò nel 1200 al tribunale dell'alta curia sua il giudizio delle pretese rivali di Ottone e di Filippo e vi aggiunse, come tutore, quelle del fanciullo Federico. È noto come il primo fosse stato dalla maggior parte dei principi della Germania proclamato due anni innanzi re e coronato in Magonza, e il secondo da altri principi eletto contemporaneamente re dei Romani e coronato in Aquisgrana; anche Federico era stato, vivente ancora il padre suo, nel 1196 eletto re dei Romani, ma non ancora incoronato. Noi riprodurremo la minuta, dialettica deliberazione del papa, perchè tutti vedano, come discutesse e confrontasse i titoli dei contendenti, come, prendendo quale criterio fondamentale l'utile della Chiesa e del papato, bilanciasse vantaggi e inconvenienti di ciascuna elezione, con le forme e con l'autorità di « pater Reipubblicae » come egli stesso si definisce, di reggitore e giudice supremo: « In nomine Patris « et Filii et Spiritus Sancti. Interest Apostolice Sedis diligenter « et prudenter de imperii Romani provisione tractare, cum « imperium noscatur ad eam principaliter et finaliter pertinere... « Sicut autem nuper tres sunt in reges electi, puer, Philippus « et Otto, sic tria sunt circa singulos attendenda: quid liceat»

« quid deceat, quid expediat. — Circa puerum quidem filium
« imperatoris Henrici facie prima videtur quod non liceat contra
« eius electionem venire, que iuramento est principum roborata.
« Nam etsi iuramentum illud videatur violenter extortum,
« non est tamen ideo non servandum, cum licet iuramentum,
« quod Gabaonitis prestiterunt filii Israel, fuerit per fraudem
« subreptum, illud tamen nihilominus decreverint observandum.
« Preterea etsi a principio fuerit sic extortum, postmodum
« tamen pater eius intelligens se perperam processisse, iura-
« mentum relaxavit principibus et litteras super ipsius electione
« remisit; qui postmodum puerum ipsum, patre absente, sponte
« ac concorditer elegerunt, fidelitatem ei pene penitus omnes
« et quidam hominium exibentes. Unde non videtur licere contra
« licita iuramenta venire. — Videtur etiam non decere, ut,
« cum ipse Apostolice sedis sit tutele commissus et sub eius
« protectione receptus, per eam privetur imperio, per quam in
« iure suo fuerat confovendus: maxime cum sit scriptum:
« Pupillo tu eris adiutor. — Quod non expediat contra ipsum
« venire illa presertim ratione videtur quod, cum idem puer
« ad annos discretionis perveniens intellexerit per Romanam
« Ecclesiam imperii se honore privatum, non tantum non exibebit
« ei reverentiam consuetam, sed ipsam potius modis quibus
« poterit impugnabit et regnum Sicilie retrahet a devotione
« ipsius et negabit ei obsequium consuetum. — Verum con-
« trarium econtra videtur quod liceat videlicet, deceat, expe-
« diat venire contra electionem ipsius: Quod liceat videtur ex
« eo quod iuramenta illa fuerunt illicita et electio indiscreta.
« Elegerunt enim personam non idoneam nec non solum im-
« perio, sed nec alicui officio congruentem, puerum videlicet
« vix duorum annorum et nondum sacri baptismatis unda re-
« natum. Unde non videntur tam illicita et indiscreta iura-
« menta servanda. — Nec obest quod de Gabanoitis obiicitur,
« cum iuramentum illud potuerit sine Israelitici populi lesione
« servari; hec autem servari nequeant absque gravi iactura
« non unius gentis, sed Ecclesie damno et dispendio populi
« christiani. Nec obstat quod opponitur iuramenta illa licita
« secundum intentionem iurantium extitisse. Intelligebant enim
« quod, etsi eum tunc in imperatorem eligerent, non tamen ut
« tunc imperaret, sed postquam ad legitimam perveniret etatem.

« Sed qualiter de ipsius idoneitate poterant iudicare? Non ne
« potuisset esse stultus vel usque adeo improvidus ut esset
« indignus minori etiam dignitate? Sed pone illos intellexisse
« ut tandem imperaret cum esset idoneus ad Imperium guber-
« nardum, interim autem pater reipublice provideret. — Casus
« posmodum intervenit, propter quem non potest nec debet
« iuramentum huiusmodi observari, de quo principes nullatenus
« cogitabant, scilicet patris decessus. Unde cum per procura-
« torem non possit imperium procurari, nec imperator debeat
« fieri temporaliter, nec possit aut velit Ecclesia imperatore
« carere, videtur quod liceat imperio in alio providere. — Quod
« non deceat ipsum imperare patet omnibus manifeste. Num-
« quid enim regeret alios qui regimine indiget aliorum? num
« quid tueretur populum christianum qui est aliene tutele com-
« missus? — Sed nec obstat quod obiicitur ipsum esse tutele
« nostre commissum, cum non sit nobis commissus ut ei obti-
« neamus imperium, sed regnum Sicilie potius defendamus.
« Patet enim illud idem ex verbo Scripture dicentis: Ve terre
« cuius rex puer est; et rursus: cuius principes mane come-
« dunt. — Quod non expediat ipsum imperium obtinere patet
« ex eo quod per hoc regnum Sicilie uniretur imperio et ex
« ipsa unione confunderetur Ecclesia, nam, ut cetera pericula
« taceamus, ipse propter dignitatem imperii nollet Ecclesie de
« regno Sicilie fidelitatem et ominium exhibere, sicut noluit
« pater eius; nec valet quod opponitur, quod non expediat ve-
« nire contra electionem ipsius ne postmodum molestet Eccle-
« siam, per quam imperium se cognoverit amisisse. Nunquam
« enim vere dicere poterit quod Ecclesia imperialem ei abstulit
« dignitatem, cum potius patruus eius non solum imperium
« sed et paternam hereditatem invaserit et maternam posses-
« sionem occupare per suos satellites machinetur, ad cuius
« defensionem Ecclesia Romana non sine multis laboribus et
« expensis prudenter et potenter intendit. »

« De Philippo videtur similiter quod non liceat contra eius
« electionem venire. Cum enim in electionibus circa electores
« zelus, dignitas et numerus attendatur, et de zelo non sit fa-
« cile iudicare, cum ipse a pluribus et dignoribus sit electus
« et adhuc plures et digniores principes sequantur eumdem,
« iuste videtur electus. Unde contra iustam et legitimam

« electionem non videtur licere venire. — Quod non deceat « videtur similiter, ne videlicet videremur nostrarum iniu- « riarum ultores, si, quia pater et frater eius fuerunt Ecclesiam « persecuti, eum persequi nos vellemus et aliorum culpam in « penam eius preter officii nostri debitum immutare, cum potius « precipiatur a Domino: Diligite inimicos vestros, benefacite « his qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumnian- « tibus vos. — Quod non expediat patenter apparet. Cum « enim potens sit tam terra quam opibus et personis, non vi- « detur expedire ut contra torrentem brachia dirigamus, tam « potenti nos taliter opponentes, ut eum reddamus nobis et « Ecclesie inimicum, et ne maiorem videremur discordiam « suscitare, fieretque novissimus error peior priore, cum nos « potius pacem inquirere et persequi et evangelizare aliis de- « beamus, que, fovendo illum, posset de facili provenire. — « Verum econtra videtur quod liceat nos ei opponere. Fuit « enim iuste ac solemniter per predecessorem nostrum excom- « municationis sententia innodatus: iuste, quia beati Petri pa- « trimonium partim per violentiam occuparat, partim damni- « ficarat incendiis et rapinis, et super hoc commonitus semel « et iterum per fratres nostros satisfacere non curarat; so- « lemniter, quoniam in celebratione missarum in ecclesia Beati « Petri in festivitate non parva, quod ipse post modum reco- « gnovit, cum pro absolutione sua nuntium ad sedem Aposto- « licam destinavit et cum tandem per delegatos nostros contra « formam mandati nostri post electionem suam se fecit absolvi. « Unde patet quod fuerit excommunicatus electus.... Quod ei « nos opponere deceat, videtur ex eo quod si, prout olim patri « filius, sic nunc immediate succederet frater fratri, videretur « imperium ei non ex electione conferri, sed ex successione « deberi, et sic efficeretur hereditarium quod debet esse gra- « tuitum. Presertim cum non solum Federicus substituerit sibi « filium, sed Henricus etiam filium sibi voluerit subrogare, et « per hoc forsan in posterum abusio traheretur in usum. — « Quod autem expediat nos opponere Philippo liquet omnibus « manifeste. Cum enim persecutor sit et de genere persecutorum « fuerit oriundus, si non opponeremus nos ei videremur contra « nos armare furentem et ei gladium in capita nostra dare ».

« De Ottone videtur quod non liceat ipsi favere, quoniam

« a paucioribus est electus; quod non deceat, ne videamur
« non ob gratiam eius, sed alterius odium ipsi favorem aposto-
« licum exibere; quod non expediat, quia respectu alterius
« videtur pars eius debilis et infirma. Verum cum tot vel plures
« ex his, ad quos principaliter spectat imperatoris electio, in
« eum consensisse noscantur, quot in alterum consenserunt,
« cum non minus idoneitas seu dignitas electe persone immo
« plus quam eligentium numerus sit in talibus attendendus, nec
« tantum pluralitas quod numerum, sed salubritas quoad con-
« silium in eligentibus requiratur, et Otto magis sit idoneus
« ad regendum imperium quam Philippus, cum Dominus etiam
« puniat peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam
« progeniem in his qui oderunt eum, id est in his qui patruum
« peccata sequuntur, et Philippus progenitorum suorum peccata
« in Ecclesie persecutione sequatur; cum, etsi non debeamus
« reddere mala pro malis, sed benefacere malefacientibus nobis,
« non tamen debeamus honorem pro iniuria in his, qui in
« solita perseverant malitia compensare aut contra nos armare
« furentes, cum Dominus, ut confunderet fortia, humilia elegisse
« legatur,.... videtur quod et liceat, deceat et expediat ipsi fa-
« vorem apostolicum exhibere.... »

« Nos igitur ex predictis causis pro puero non credimus
« insistendum, ut ad presens debeat imperium obtinere; per-
« sonam vero Philippi propter impedimenta patentia penitus
« reprobamus et obsistendum ei dicimus, ne imperium valeat
« usurpare. De cetero vero agendum per legatum nostrum
« apud principes, ut vel conveniant in personam idoneam, vel
« se iudicio aut arbitrio nostro committant ».

« Quod si neutrum elegerint, cum diu expectaverimus,
« cum monuerimus eos ad concordiam, cum instruxerimus eos
« per litteras et nuntium nostrum et consilium nostrum eis
« duxerimus exponendum, ne videamur eorum fovere discor-
« diam,... cum negotium istud dilationem non capiat, cum Otto
« et per se devotus existat Ecclesie et ex utraque parte
« trahat originem ex genere devotorum, ex parte matris de
« domo regum Anglie, ex parte patris de prosapia ducum
« Saxonie, qui omnes Ecclesie fuere devoti, et specialiter
« Lotharius imperator proavus eius, qui bis pro apostolice
« Sedis honore Apuliam est ingressus et in obsequi Ecclesie

« Romane decessit, (statuimus) ei manifeste favendumoet ipsum
« recipiendum in regem, et premissis omnibus que pro hono-
« rificentia Ecclesie Romane debent premitti, ad coronam im-
« perii evocandum ». (H. B. Hist. dipl. tom. I. pag. 70).

Quest'atto di Innocenzo terzo ci pare caratteristico del grado che teneva nell'amministrazione politica d'Europa la santa sede. Certo non è sfuggito all'attento lettore come il papa, pure incline al rispetto dovuto al diritto e alla volontà degli elettori, si riservi il giudizio e l'imperio dell'autorità suprema inappellabile: « De cetero vero agendum per legatum nostrum « apud principes, ut vel conveniant in personam idoneam, vel « se iudicio aut arbitrio nostro committant. Quod si neutrum « elegerint, statuimus Ottoni favendum et ipsum recipiendum « in regem. » Neppure sarà sfuggita la sagacia del pontefice, il quale nella scelta si preoccupa di notare che Filippo di Svevia è « persecutor et de genere persecutorum oriundus », mentre Ottone di Brunswich « per se devotus existat Ecclesiae et ex « utraque parte trahat originem ex genere devotorum. » E notata vuol essere ancora la scaltra saviezza politica che pur risolvendo la questione in favore di Ottone e questi chiamando al grado e all'onore della corona imperiale, si preoccupa di ripetere nella lunga motivata deliberazione l'espressione che deve suonare minaccia al prescelto, quando non avesse poi corrisposto ai voti del papa: « Pro puero non credimus insistendum « ut *ad praesens* debeat imperium obtinere ». « Pone illos intel- « lexisse ut tandem imperaret, cum esset idoneus ad imperium « gubernandum, *interim* autem pater Republicae provideret. » La storia mostra come in questa minaccia ci fosse quasi una previsione profetica.

41.

E poichè abbiamo visto come autorevolmente vigilasse, consigliasse, ammonisse e minacciasse Ildebrando i re tutti d'Europa, udiamo, ad esempio fra i tanti che si potrebbero portare, anche il consiglio, l'ammonimento e la minaccia non meno autorevoli di Onorio terzo a Federico secondo imperatore; e concorra questo esempio esso pure a mostrare come in tutto

si conservassero inalterati nel governo della Chiesa lo spirito e le forme della politica papale: « Honorius episcopus, servus « servorum Dei, Friderico Dei gratia Romanorum imperatori « semper augusto salutem et apostolicam benedictionem.... — « Ne... de illorum esse numero videamur, qui, humanam amit- « tere gratiam formidantes, loqui libere pertimescunt,... nos « oportet... libera voce illorum incursibus contraire, qui tem- « porali confisi potentia nobis presumunt in spiritualibus adver- « sari. Si ergo aspere scribimus imperatorie maiestati, ex aliquo « supercilio aut elacionis specie non procedit, sed quia scriptum « est: Clama cum necesse est, quasi tuba exalta vocem tuam, « argue, obsecra, increpa, insta opportune ac etiam importune, « — tum quia turbamur non modicum et dolemus te subito « conversum in arcum perversum, quem fore Sedis Apostolice « filium protectorem firmissime dicebamus. Jam quantum desi- « deravimus personam tuam ad imperiale fastigium sublimari « et qualiter nos ac etiam venerabiles fratres nostri operam « dederimus efficacem, ut coronam imperii pre ceteris... prin- « cipibus obtineres, presenti pagina non duximus inserendum, « quia te latere non debet, cum per cunctas orbis partes fuerit « divulgatum. — Attende igitur apicem dignitatis, qui per Sedem « Apostolicam sublimatus merito debes Romanam Ecclesiam « matrem tuam et dominam revereri et ipsam multipliciter « honorare et recognoscere Deum celi qui deponit potentem de « sede et sublimat pauperem et egenum. — Sed quod Dei ti- « morem pre oculis non habeas, ut decet imperatoriam maie- « statem, ex fructibus tuis colligitur evidenter, quia opera que « facis perhibent testimonium veritati: Non enim videntur suf- « ficere tibi fines, quibus fuerunt contenti qui te in imperio « precesserunt, immo patrimonium beati Petri iam invadere « presumpsisti et ipsum undique niteris usurpare, non atten- « dentes qualiter displiceat Deo patri et cunctis debeat morta- « libus displicere, cum per te non debeat minui, sed augeri. « Nam inter claras magnitudinis tue laudes tamquam solis radius « pre ceteris radiares, si debitam Romane Sedi reverentiam « exhibere eiusque augmento studiose intenderes et honori, « quia nihil est quod magis imperiale decus roboret vel exornet « quam ecclesias, personas ac res ecclesiastica venerari et in « festinatione pravorum impetum refrenare; cum autem illorum

« impetum non refrenas, immo, quod gravius est, per te ipsum
« inquietare Sedem Apostolicam incepisti, qualiter vinculo fi-
« delitatis es nobis nostrisque successoribus obbligatus scire
« debes. — Ergo fortitudinem tuam accinge, ne illud prophe-
« ticum ascribatur, in quo dicitur: Homo, cum in honore esset,
« non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus et similis
« factus est illis. — ...... Cum... gladio spirituali bona eccle-
« siastica defendere teneamur et de quolibet peccato mortali
« corripere quemlibet christianum, ac etiam si necesse fuerit
« per censuram ecclesiasticam coercere, te monemus, inducimus
« et hortamur, atque sub pena excommunicationis tibi damus
« firmiter in mandatis, quatenus Apostolice Sedis iura de cetero
« per te vel per alium nullatenus inquietes et que nobis iurasti
« servare studeas sine fraude, in nulla magnitudine vel potentia
« confidendo, quia non est apud Deum acceptio personarum.
« Scriptum est enim: Judicabo magnum et parvum; — et alibi:
« Constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas,
« dissipes, edifices atque plantes. — Plantavimus enim pro vinea
« ecclesiastica vitem, que versa est nobis in amaritudinem la-
« brustarum. Caveas ne propterea Deus destruat te in finem,
« et radicem tuam de terra viventium evellat, dissipet atque
« dispergat. Nos autem non poterimus evitare, si diu in tua
« duraveris pravitate, quin te sententia anathematis feriamus. »
(H. B.: Histor. dipl. tom. II. p. 554).

Questa epistola è del 1226, e non è forse inopportuno ricordare che poco avanti in quell'anno stesso Federico, avendo deliberato di tenere in Cremona una curia generale, aveva richiesto il servizio militare anche nel ducato di Spoleto, esercitando così, come imperatore, giurisdizione di sovrano in quelle terre che facevano parte del Patrimonio di San Pietro.

E valga anche quest'altro esempio di vigilanza e di ammonimento: È ancora Onorio terzo che il 21 giugno 1223 a Federico imperatore scrive: « Nostris est auribus.... intimatum,
« te Capuanis, Salernitanis et Adversanis firmiter mandavisse,
« ut si alios quam a te nominatos ad ecclesias miserimus
« eorumdem, ipsi nullatenus admittantur, sed porte non solum
« ecclesiarum sed etiam civitatum obserentur eisdem. Que vera
« vix esse credimus, et si vera sunt, tua circumspectio videat
« utrum te deceat talia facere, utrumve apostolica Sedes talia

« debeat tolerare..... Cur enim non obtinebimus illam iu-
« risdictionem vel potestatem in regno Sicilie, quam in
« Francia, Anglia, Ispania ac ceterorum christianorum re-
« gnis ac in ipso imperio noscimur obtinere? Numquid in
« regno minus potestatis aut auctoritatis habebimus, quia in eo
« tamquam in Apostolice Sedis patrimonio plus iuris et iuris-
« dictionis habemus?.... An credis esse prudentiam vel consilium
« aut providentiam si contra Deum et eius timore postposito
« speras te posse prevalere adversus Ecclesiam, cum qua pro-
« misit se ipse Deus usque ad consummationem seculi perman-
« surum? (H. B: Hist. dipl. tom. II. p. 384).

42.

Già abbiamo visto anche un breve saggio di pubblica accusa contro l'imperatore in una epistola di Gregorio nono dell'anno 1239; aggiungiamo più per esteso l'altro dello stesso papa del 1240: « Percipite filii matris iniuriam et accingamini promtius
« ad vindictam. Nam degenerans filius Fredericus, quem inter
« puerilis etatis exordia pupillum alterius subventione carentem
« sinus Ecclesie tutricis officio et matris pietate suscepit, la-
« boribus et expensis innumeris ad regni Sicilie iura ed
« querentium manibus preservatum, ad imperii tandem culmen,
« adversario proiecto, provexit, ingratitudinis heres interpreta-
« tione contraria recompensans, subito mutatus in hostem eccle-
« siarum prelatos et religionis ecclesiastice professores diversis
« penarum generibus et vario fine consumens, ecclesias ipsas
« Chisti sanguine libertati donatas multipliciter subiicere nititur
« servituti. Ex quibus et aliis evidentioribus causis, et culpis,
« quas iam ad publicam mundi notitiam credimus pervenisse,
« ipsum anathematis gladio de fratruum nostrorum consilio per-
« cussimus, non indigne sperantes quod eius medele subsidium
« effectum debite correctionis haberet. Verum idem non sub
« pastoris virga humiliatus est verbere, quin potius.... Christi
« claves et Petri privilegium vilipendens irreverenter divinis
« interesse presumit, ministros ecclesie sub pena capitis et per-
« petui edicto exilii ad sue dampnationis cumulum divina pro-
« phanare compellens, pro summe sedis orantes antistite ac orare

« pro ipso publice contempnentes simili puniturus edicto.....
« Patrimonium Beati Petri, quod inter cetera imperii iura, que
« seculari principi tanquam defensori sacrosancta commisit Ec-
« clesia, ditioni sue in signum universalis dominii reservavit,
« iuramenti transgressor et beneficiorum oblitus, occupare dolo
« non minus quam viribus non veretur. Romanos etiam speciales
« Ecclesie filios a matris uberibus muneribus et promissionibus
« reddere satagens alienos, Petri sedem evertere minatur et
« fidem ad gentilitatis ritus subrogare priores, et velut in templo
« Domini sedens, sacerdotis usurpat officium, absolvere vassallos
« Ecclesie a vinculo iuramenti presumens et locorum interdicta
« relaxans, in nostrum et fratrum nostrorum sanguinem studiis
« pubblicis inhiando, sicut clam scripta eius transmissa qui-
« busdam, que ad manus nostras postmodum pervenerunt in
« testimonium reservata et opera pubblice protestantur. » (H. B: Hist. dipl. tom V. pag. 777).

Questi attacchi, che miravano a colpire l'avversario nella pubblica opinione, non erano evidentemente colpi di chi ricorre allo scandalo come a mezzo disperato di difesa; erano bensì mezzi di meditata offesa, la cui efficacia il papato aveva da lungo tempo sperimentata.

43.

La lunga lotta politica tra il papato e Federico secondo fa capo, come è noto, al tribunale supremo del concilio di Lione. Anche di quest'atto del governo d'Innocenzo quarto, che attesta nel modo più solenne l'alta giurisdizione che continua ad essere professata ed esercitata dalla santa sede, è opportuno avere presente nella forma precisa la sentenza, la quale scomunicava l'imperatore, lo deponeva dal trono, minacciava di scomunica i suoi fautori, scioglieva i sudditi dal giuramento di fedeltà, invitava gli elettori dell'Impero ad eleggere un successore e riserbava al papa di provvedere al regno di Sicilia. Quattro erano i principali capi d'accusa: « Ut ad praesens de caeteris
« eius sceleribus taceamus, quatuor gravissima, quae nulla
« possunt tergiversatione celari, commissit: Deieravit enim
« multotiens, pacem quondam inter Ecclesiam et Imperium re-

« formatam temere violando. — Perpetravit sacrilegium, capi
« faciendo cardinales sanctae Romanae Ecclesiae ac aliarum
« ecclesiarum praelatos et clericos, religiosos et seculares ve-
« nientes ad Concilium, quod idem praedecessor noster duxerat
« convocandum. — De haeresi quoque non dubiis et levibus
« sed difficilibus et evidentibus argumentis suspectus habetur.
« — Plura siquidem eum commisisse periuria satis patet » —
E cosi precisamente dice la sentenza: « Nos itaque super prae-
« missis et quamplurimis aliis eius nefandis excessibus, cum
« fratribus nostris et sancto Concilio deliberatione praehabita
« diligenti, (cum Jhesu Christi vices, licet immeriti, teneamus
« in terris, nobisque in beati Petri personam sit dictum: Quod-
« cumque ligaveris super terram, ligatum erit in coelis) me-
« moratum principem, qui se Imperio et regnis, omnique honore
« et dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas ini-
« quitates adeo ne regnet vel imperet est abiectus, suis ligatum
« peccatis et abiectum omnique honore ac dignitate privatum
« a Domino ostendimus, denunciamus, et nihilominus senten-
« tiando privamus: omnes qui ei iuramento fidelitatis tenentur
« astricti, a iuramento huiusmodi perpetuo absolventes: auto-
« ritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de caetero
« sibi, tanquam imperatori vel regi, pareat et intendat: decer-
« nendo, quoslibet, qui ei deinceps velut imperatori vel regi
« consilium vel auxilium praestiterint, seu favorem, ipso facto
« excommunicationis sententia subiacere. Illi autem, ad quos
« in eodem Imperio imperatoris spectat electio, eligant libere
« successorem. De praefato Siciliae regno providere curabimus
« cum eorumdem fratrum nostrorum consilio, sicuti viderimus
« expedire. » (Ep. Petr. de Vin: Formula deposit Frid pubblicata
a Simone Schardio Basilea 1566).

44.

Richiamino i nostri lettori alla memoria e meditino come
alle sentenze dei concilii seguissero le pratiche necessarie per
dar loro efficace attuazione: Ricordino ad esempio che, quando
Gregorio nono nel 1239 scomunicava Federico secondo, inca-
ricava l'arcidiacono di Troyes di costringere il vescovo di Ra-

tisbona a promulgare la sentenza ed inviava Alberto di Beham ad offrire la corona imperiale al principe di Danimarca e a diffondere per tutta la Germania per mezzo dei frati predicatori e minori epistole e proclami, che incitavano alla ribellione, e sentenze contro i partigiani della casa Sveva. Ricordino ancora come poco appresso il vescovo di Avignone dichiarasse tutti i partigiani di Federico « *detto imperatore* » decaduti dai beni che tenevano sia dalla Chiesa di Avignone, sia dalle altre città della diocesi; e come gli arcivescovi di Magonza e di Colonia disertassero la causa dell'imperatore, trascinando nella ribellione armata molti signori della diocesi loro e costringendo Corrado ad una lunga guerra. Ricordino come dopo il concilio di Lione anche i principi che s'erano mostrati più devoti alla causa di Federico, i vescovi ad esempio di Ratisbona, di Frisingen, di Bamberga l'abbandonassero, e come Innocenzo quarto scegliesse nuovo imperatore Enrico landgravio di Turingia, già tutore di Corrado, e trovasse arcivescovi, vescovi, duchi e conti (notiamo tra questi gli arcivescovi di Magonza, di Colonia, di Treveri, i vescovi di Ratisbona, di Strasburgo, di Wurtzburgo, di Spira, i duchi di Brabante e di Sassonia) i quali eleggevano re dei Romani il landgravio scelto dal papa, il 22 maggio 1246. Ricordino come, essendo questo morto il 17 febbraio del 1247, Innocenzo inviasse in Germania un cardinale rivestito dei pieni poteri, il quale gli trovava un successore in Guglielmo conte d'Olanda, che veniva eletto re dei Romani il 3 ottobre dello stesso anno; e come contro Corrado prendessero la croce i principali conti di Svevia.

Non insistiamo su questi fatti, noti; ma il lettore vede in essi quanto basta per apprezzare l'opera, la quale corrisponde efficacemente alla parola autorevole e al supremo diritto riconosciuto del « pater Reipublicae ».

45.

E qui viene a proposito richiamare l'attenzione anche sull'appoggio grande che all'opera politica amministrativa del papato prestavano gli ordini religiosi di Francesco d' Assisi e

di Domenico di Guznam, vera fanteria errante nelle battaglie contro i re e gli imperatori.

Ed altrettanto e più degne di attenzione sono le cariche politiche occupate di diritto e di fatto negli Stati d'Europa da uomini di Chiesa, le quali al potere universale del papa aggiungevano onore e forza, l'importanza della quale nessuno è che non veda. Nello stesso Impero e nella stessa prima metà del secolo XIII, l'epoca forse più gloriosa per le mire laiche di Federico secondo troviamo, ad esempio, che le più alte cariche dell'aula imperiale, quelle cioè di arcicancelliere, di cancelliere e di protonotario erano esclusivamente riservate ad alti dignitari ecclesiastici; ed erano tali molti dei consiglieri della corona; tali i tutori e amministratori dello Stato, ai quali erano più spesso affidati i principi minorenni. E la storia ci ammaestra che nei momenti decisivi della lotta tra papa e imperatore, quando la scelta tra la fedeltà all'uno o all'altro si imponeva, pena la scomunica e la perdita del grado e dell'officio presso la santa sede, quei grandi dignitari preferivano di essere fedeli al papa: e nessuno sarà che pensi che il bene loro proprio non fosse in cima della loro sagace deliberazione. Valgano ad esempio l'arcivescovo di Magonza, arcicancelliere nell'Impero per la Germania e negli anni che decorsero dal 1237 al 1241 amministratore del regno e tutore del figlio di Federico, Corrado re dei Romani; e l'arcivescovo di Colonia, arcicancelliere nell'Impero per l'Italia; i quali, come abbiamo ricordato qui sopra, disertarono la causa imperiale, sollevarono le provincie del Reno, mossero nel 1242 guerra a Corrado, presero parte nel 1245 al concilio di Lione e concorsero a nominare ad Hochheim contro l'imperatore Federico il landgravio di Turingia. In questa assemblea troviamo convenuto anche il vescovo di Ratisbona il quale da quindici anni copriva la carica di cancelliere dell'Impero. E tra i vescovi ribelli è pure quello di Bamberga, che qualche anno innanzi era stato protonotario.

46.

E i provvedimenti che miravano ad attuare le deliberazioni dei concilii sono continui e generali. Abbiamo richiamati alla

memoria quelli ad esempio dopo il concilio di Lione per la Germania: richiamiamo anche quelli per le provincie del Sud Est della Francia e per il regno di Sicilia. Nel 1248, ad esempio, Innocenzo quarto in un concilio provinciale a Valenza, presieduto dai cardinali d'Albano e di Santa-Sabina, faceva rinnovare contro l'imperatore la scomunica, ed uguale pena minacciare a chi l'avesse in qualunque modo soccorso, o avesse ricevuto nel regno lui o alcuno suo officiale. E di fatto la ribellione all'autorità imperiale nelle provincie del Sud Est della Francia per istigazione dei vescovi fu generale.

Dello stesso anno 1248 riprodurremo per esteso un atto, che, sebbene riguardi il regno di Sicilia, dove l'imperatore era vassallo del papa, può però anche servire a mostrare in forma molto caratteristica su che tono poteva parlare il pontefice dopo il concilio di Lione, e come disponesse nelle cose, in cui l'opera sua contro l'imperatore poteva essere immediata: « Innocentius episcopus, servus servorum Dei, ad « observantiam et memoriam perpetuam. A diebus Frederici, « alumni nequitie quasi Antichristi preuntii, Sicilie regnum « vim patitur et ministri eius predatione illud diripiunt vio- « lenta.... Honorem Ecclesie ac libertatem hominum dicti regni « tirannide furibunda depressit plurimum.... (Federico è qui « ancora chiamato: « scorpio, draco iste, ferus plus fera qua- « libet » ; ed è paragonato « pestilenti colono, perverso rectori ») « Tamquam ille cuius ambitioni totius orbis non sufficeret am- « bitus, huiusmodi auctoritatem (ecclesiasticam) in multis impu- « denter usurpans, reputando quasi modicum se habere, si solis « preesset temporalibus et sibi spiritualia non subessent, in provi- « sionibus cathedralium et aliarum ecclesiarum vacantium, bene- « ficiorum ipsarum collationibus, clericorum causis et aliis ad « forum ecclesiasticum pertinentibus ipsa inibi abuti presumpsit. « Ad prelatos quoque ac alios clericali presignitos militia manu « crudelitatis indifferenter extenta quamplurimos ex ipsis igno- « miniosa captione teneri et in atroces detrudi carceres ac tandem « morti turpissime tradi fecit... Verum quia principalius ad nos « spectat de prefati reparatione regni sollicite cogitare, cum, « quanto specialius ad Apostolicam Sedem pertinet ac sibi existit « vicinius, tanto ipsius profectui et saluti affectuosius intendere « teneamur.... providimus fore clero et ecclesiis eiusdem regni,

« ut ad bonum et liberum statum, adiutore Domino, reducantur,
« cito et efficaciter succurrendum; presertim quia nostra in-
« teresse dignoscitur de regno ipso, cum sit speciale sedis
« eiusdem et rege nunc caret, memorato F. sententialiter illo
« privato, libere ordinare. — Hinc est quod nos de fratrum
« nostrorum consilio deliberatione prehabita diligenti costitu-
« tiones omnes seu statuta, ordinationes, dispositiones, iussiones
« et universa talia in derogationem vel preiudicium libertatis,
« immunitatis, auctoritatis et iurisdictionis ecclesiastice aut
« quorumcumque iurium ecclesiasticorum a predicto Frede
« rico ante vel post depositionem ipsius edicta, nec non et
« quaslibet consuetudines contra hec in eodem regno ab ipso
« vel suis predecessoribus Sicilie regibus introductas irritas
« omnino et vacuas decernentes, singulis ipsius regni ecclesiis
« tam secularibus quam regularibus, cathedralibus et aliis nec
« non et domibus religiosis, civitates, castra, villas, terras,
« predia, possessiones, homines, vassallos, affidatos et cetera
« bona et iura, quibus eas idem Fredericus vel per inquisi-
« tiones aut concessiones seu venditiones vel concambia sive
« quocumque alio modo destituit, plenarie restituimus integre
« ab ipsis cum omnibus pertinentiis et iuribus suis de cetero
« possidenda; concedentes eisdem et prelatis ipsorum repa-
« randi et reedificandi de novo civitates, terras, villas et castra
« sua de mandato eiusdem Frederici in parte vel in toto di-
« ruta, seu destructa, et faciendi inhabitata rehabitari liberam
« potestatem. — Post hec irrefragabili constitutione sancimus
« ut in cathedralibus, conventualibus et collegiatis ecclesiis
« dicti regni, quando vacaverint, electiones libere et canonice
« celebrentur, nec eligendi licentia, si rex in eodem regno
« fuerit, ab ipso aliquatenus postuletur, contraria super hoc
« consuetudine, cum profecto in enorme libertatis ecclesiastice
« dispendium redundaret, non obstante, nec etiam post ipsas
« electiones regius requiratur assensus; provisiones et conces-
« siones seu collationes omnes de prelaturis, dignitatibus persona-
« tibus, ecclesiis, prebendis et aliis beneficiis ecclesiasticis regni
« prefati per iam dictum Fredericum vel eius mandato seu per
« suos officiales vacantibus vel non vacantibus eiusdem regni
« ecclesiis temere presumptas, et si quas in posterum aut per
« regiam aut quamcumque potestatem aliam secularem de ipsis

« presumi contigerit, inanes immo nullas penitus nuntiantes.
« — Statuimus insuper ut regi seu aliis dominis secularibus
« eiusdem regni ecclesiarum ipsarum prelati, qui regalia non
« tenent ab illis, nullum deinceps fidelitatis exhibeant iura-
« mentum. — Antiqua quoque sanctorum patrum statuta se-
« quentes perpetuo firmamus edicto, ut nullus clericus sive
« quevis persona ecclesiastica regni prefati respondere in cri-
« minalibus vel civilibus questionibus, etiam si contra eam de
« lese maiestatis agatur crimine, in seculari iudicio teneatur,
« districtius proibentes ne in illo si ad ipsum etiam tracta
« fuerit respondere presumat. — Decernimus etiam, ut nullus
« maiori excommunicatione ligatus, sive sit clericus, sive laicus
« admittatur in foro ecclesiastico vel seculari in eodem regno,
« priusquam absolutus fuerit, ad agendum. — His quoque ir-
« revocabili decreto adiicimus ut archiepiscopis et episcopis
« eiusdem regni in suis civitatibus et diocesibus, et prelatis aliis
« in locis in quibus iurisditionem spiritualem obtinent, iudi-
« candi et puniendi, secundum quod canones censent, adulteria
« et alia crimina tam ecclesiasticarum quam secularium per-
« sonarum, et censuram propter hoc in ipsas ecclesiasticam
« exercendi temporali iurisdictione dominis temporalibus nichilo-
« minus reservata, nec non cognoscendi de causis dotium et uni-
« versis aliis, que ad forum ecclesiasticum pertinent et eas senten-
« tialiter decidendi plena et libera sit facultas. — Nulli ergo
« omnino hominum liceat nostra perpetua statuta infringere
« vel eis ausu quolibet contraire. Si quis autem attemptare
« presumpserit, gravi pena se noverit percellendum ». (H. B.: Hist. dipl. tom. VI. pag. 676).

47.

Osservammo come a questa politica e a questo governo del papato gli imperatori e i re non potessero sottrarsi, e che la stessa diplomazia, che era dei migliori l'arma più potente, ne era serva. Verificammo già questa induzione nei rapporti di Enrico quarto con Gregorio settimo, possiamo verificarla ora, sempre a titolo di saggio, nei rapporti dei papi Innocenzo terzo, Onorio terzo, Gregorio nono ed Innocenzo quarto con

Federico secondo, di cui nessuno forse fu più scaltro nell'arte diplomatica nell'evo medio, e il quale l'alta mente politica del nostro sommo maestro Machiavelli avrebbe degnamente potuto prendere come esempio di principe modello.

Il grande imperatore doveva di fatto il grado, a cui era salito, all'appoggio del papato: Alla tutela d'Innecenzo terzo, come è noto, era stato dalla madre Costanza, che moriva nel 1198, affidato fanciullo appena di quattro anni; e molto il pontefice aveva fatto per conservargli il regno di Sicilia. E quando le sue mire si volsero più in alto ed aspirò, pubblicamente contro Ottone, nell'animo contro lo stesso pontefice, alla corona imperiale, la protezione della santa sede, arbitra suprema nell'Impero, divenne per lui necessaria. Le concessioni politiche alle domande del papa e le proteste di devozione e di obbedienza erano quindi i mezzi soli possibili e quindi necessarî per raggiungere lo scopo nobilissimo del magnanimo intelletto, per quanto potessero sembrare abdicazioni dei diritti dell'Impero, dannose all'onore e al grado dello stesso imperatore; e tali sarebbero state in realtà quando non necessarie come mezzi a poter togliere la necessità stessa di quelle concessioni e a revocare le concessioni stesse temporaneamente fatte, o non fossero ancora state più apparenti che reali, come quelle che venivano concesse a chi arbitro, se non padrone, di tutto, tutto poteva concedere e togliere.

Il giuramento di fedeltà prestato da Federico come re di Sicilia ad Innocenzo terzo nell'anno 1212 non è diverso da quello di ogni altro vassallo: « Ego Fridericus Dei gratia rex Sicilie, « ducatus Apulie et principatus Capue, ab hac ora et deinceps « ero fidelis Beato Petro et Sancte Romane Ecclesie ac tibi « domino meo pape Innocentio, tuisque catolicis successoribus. « Non ero in consilio, vel consensu, vel facto ut vitam aut « membrum perdatis... etc.; et bona fide adiuvabo vos honori- « fice papatum Romanum terramque Sancti Petri tenere ecc... « Hec omnia sopradicta observabo tibi et sancte Romane Ec- « clesie recta fide et fidelitatem etiam observabo successoribus « tuis canonice intrantibus, qui mihi et heredibus meis, si in « me non remanserit, firmaverint quod in privilegio tuo est « mihi concessum ». (H. B.: Hist. dipl. tom. I. pag. 200).

Ma poco appresso nello stesso anno 1212, Federico, pros-

simo a diventare re dei Romani, faceva al papa, mirando appunto ad accapparsene sempre maggiormente l'appoggio contro lo scomunicato Ottone, particolari concessioni, e i suoi atti diplomatici sono pieni della sommessione più devota alla santa sede: « In nomine Dei eterni et Salvatoris nostri Jesu « Christi. Amen. Reverendissimo patri et charissimo domino « Innocentio, Dei gratia Sancte Romane Ecclesie summo pon« tifici, Fridericus Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et « principatus Capue. Inter universa, que gerimus, in desideriis « nostris precipue hoc principaliter affectamus, ut vobis et sa« crosancte Romane Ecclesie gratum impendamus obsequium « et devotum exhibeamus honorem, ne unquam beneficiorum « vestrorum, quod avertat Dominus, inveniamur ingrati, cum, « post divini muneris gratiam, non solum terram, sed vitam « per vestrum patrocinium nos fateamur habere. Licet igitur « antecessores nostri clare memorie reges Sicilie Apostolice « Sedi fideles fuerint et devoti, nos tamen tantum fideliores et « devotiores ei desideramus existere, quanto plura et potiora « beneficia nos ab ea cognoscimus percepisse ac in posterum « percepturus esse perspicimus. Vos enim nobis et heredibus « nostris, qui in regnum successerint, concessistis regnum Si« cilie, ducatum Apulie ac principatum Capue cum suis per« tinentiis universis, Neapolim, Salernum et Amalfiam cum « pertinentiis suis, Marsiam et alia que ultra Marsiam debemus « habere ac reliqua tenimenta que tenemus a predecessoribus « nostris hominibus Sancte Romane Ecclesie iure detenta, et « contra omnes homines manutenere iuvabitis. — Pro quibus « omnibus coram charissimo amico nostro Gregorio Sancti « Theodori venerabili diacono cardinali, Apostolice Sedis legato « fidelitatem vobis vestrisque successoribus et Ecclesie Romane « iuravimus,... firmiter promittentes quod, quia presens presenti « debet hominium exibere, quandocumque vos aut successores « vestri nos in aliquam partem regni, quam secure possimus « adire, ad vestram presentiam vocaveritis, accedemus ligium « omagium prestituri... Censum... vero de Apulia et Calabria,... « de Marsia... nos et heredes nostri vobis et successoribus vestris « annis singulis persolvemus... — Electiones autem secundum « Deum per totum regnum canonice fiant, de talibus quidem « personis, quibus nos et heredes nostri requisitum a nobis

« prebere debemus assensum. — ... Ut autem que supra diximus « tam vestro quam successorum vestrorum tempore perpetuam « obtineat firmitatem, et nec nostris nec heredum nostrorum « temporibus alicuius valeant presumptione turbari, presens « privilegium per manus Bonihominis de Gaieta notarii et fi« delis nostri scribi et bulla aurea tipario nostre maiestatis « impressa precepimus communiri ». (H. B.: Hist. dipl. tom. I. pag. 201).

Eletto, contro Ottone, re dei Romani e prossimo ad essere incoronato, mirando all'Impero, queste concessioni rinnovò, ed altre maggiori, con nuove proteste di devozione alla santa sede, Federico aggiunse il 12 luglio dell'anno seguente, 1213, nella solenne costituzione di Egra: « In nomine sancte et in« dividue Trinitatis. Amen. Fredericus II divina favente cle« mentia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie,... « cognoscentes.... gratiam, que data est nobis ab ipso (Deo), « habentes quoque pre oculis immensa et innumera beneficia « vestra, charissime domine et reverendissime pater, protector « et benefactor noster, domine Innnocenti Dei gratia summe « pontifex venerande, per cuius beneficium, operam et tutelam « aliti sumus, protecti pariter et promoti, postquam in sollici« tudinem vestram mater nostra felicis memorie Constantia « imperatrix et Sicilie regina ex ipso quasi utero nos iactavit, « vobis, beatissime pater et omnibus successoribus vestris ca« tholicis, sancteque Romane Ecclesie speciali matri omnem « obedientiam, honorificentiam atque reverentiam semper hu« mili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores « nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus « impendisse noscuntur, nihil ex his volentes diminui, sed « magis augeri, ut nostra devotio magis enitescat. — Illum « igitur volentes abolere abusum, quem interdum quidam pre« decessorum nostrorum exercuisse dignoscuntur et dicuntur « in electionibus prelatorum, concedimus et sancimus, ut elec« tiones prelatorum libere et canonice fiant, quatenus ille pre« ficiatur ecclesie viduate, quem totum capitulum vel maior « et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil obstet « ei de canonicis institutis. — Appellationes autem in negociis « et causis ecclesiasticis ad Sedem Apostolicam libere fiant; « earum prosecutionem sive processum nullus impedire pre-

« sumat. — Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem « in occupandis bonis decentium prelatorum aut etiam eccle- « siarum vacantium, nostri consueverunt antecessores commit- « tere pro motu proprie voluntatis ; omnia vero spiritualia vobis « et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, « ut que sunt Cesaris Cesari et que sunt Dei Deo recta distri- « butione reddantur. — Super autem heretice pravitatis errore « auxilium dabimus et operam efficacem. — Possessiones etiam « quas Ecclesia Romana recuperavit ab antecessoribus nostris « seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi di- « mittimus et ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus « adiuvare; quas autem nondum recuperaverit ad recuperandum « pro viribus erimus coadiutores, et quecumque ad manus « nostras devenient sine difficultate ac mora eas restituere sa- « tagemus : Ad has pertinet tota terra, que est a Radicofano « usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, « terra comitisse Mathildis, comitatus Brittenorii, exarchatus « Ravenne, Pentapolis, cum aliis adiacentibus terris expressis « in multis privilegiis imperatorum et regum a tempore Lu- « dovici, ut eas habeat Romana Ecclesia, in perpetuum cum « omni iurisdictione, districtu et honore suo. — Veruntamen « cum ad recipiendam coronam imperii, vel pro necessitatibus « Ecclesie ab Apostolica sede vocati venerimus de mandato « summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab « illis. — Omnia igitur supradicta, et quecumque alia per- « tinent ad Romanam Ecclesiam, de voluntate et conscientia, « consilio et consensu principum imperii, libere illi dimittimus, « renunciamus et restituimus, nec non ad omnem scrupulum « removendum, prout melius valet et efficacius intelligi, con- « cedimus, conferimus, donamus, ut, sublata omnis contentionis « et dissensionis materia, firma pax et plena concordia in per- « petuum inter Ecclesiam et Imperium perseverent. — A- « diutores etiam erimus ad retinendum et ad defendendum « Ecclesie Romane regnum Sicilie (cum omnibus ad ipsum « spectantibus tam citra Farum quam ultra, nec non Cor- « sicam et Sardiniam), ac cetera iura que ad eam pertinere « noscuntur, tanquam devotus filius et catholicus princeps. « — Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri « nostro domino Innocentio, sacrosancte Romane Ecclesie summo

« pontifici, vestrisque successoribus per nos et nostros succes-
« sores Romanorum reges et imperatores observentur, firmaque
« et inconvulsa semper permaneant, presens privilegium con-
« scriptum maiestatis nostre aurea bulla iussimus communiri ».
(H. B.: Hist. dipl. tom. I. pag. 269).

Sarebbe ozioso far notare ai nostri lettori come in questa costituzione l'onnipotenza politica del papato appaia luminosamente. Ma qui non finiscono le domande per parte del pontefice nè le concessioni per parte di Federico. Che il papa temesse l'unione del regno di Sicilia all'Impero e perchè, abbiamo già veduto nella deliberazione del 1200: « Quod non expediat ipsum
« (Fridericum) imperium obtinere patet ex eo quod per hoc
« regnum Siciliae uniretur Imperio et ex ipsa unione confun-
« deretur Ecclesia, nam ut caetera pericula taceamus, ipse
« propter dignitatem Imperii nollet Ecclesiae de regno Siciliae
« fidelitatem et hominium exibere, sicut noluit pater eius; »
perciò, se Federico vuole l'appoggio della santa sede e la corona imperiale, deve promettere che, poichè sarà coronato imperatore, emanciperà il figlio Enrico e gli cederà il regno di Sicilia « ab
« Ecclesia Romana tenendum, ». E Federico fino dal 1216, già coronato re dei Romani, con reiterate proteste di obbedienza si affretta a fare officialmente anche questa promessa: « Sanctis-
« simo in Christo patri et domino suo Innocentio, Sacrosancte
« Romane Ecclesie summo pontifici, Fredericus Dei et sui
« gratia Romanorum rex et semper augustus rex Sicilie,
« cum filiali subiectione debitam in omnibus Apostolice Sedi
« obedientiam et reverentiam. — Cupientes tam Ecclesie Ro-
« mane quam regno Sicilie providere, promittimus et concedimus
« statuentes, ut postquam fuerimus Imperii coronam adepti,
« protinus filium nostrum Henricum, quem ad mandatum ve-
« strum in regem fecimus coronari, emancipemus a patria po-
« testate, ipsumque regnum Sicilie tam ultra pharum quam
« citra penitus relinquamus ab Ecclesia Romana tenendum, sicut
« nos illud ab ipsa sola tenemus: ita quod ex tunc nec habe-
« bimus nec nominabimus nos regem Sicilie, sed iuxta bene-
« placitum vestrum procurabimus illud nomine ipsius filii nostri
« regis usque ad legitimam eius etatem per personam idoneam
« gubernari, que de omni iure atque servitio Ecclesie Romane
« respondeat, ad quam solummodo ipsius regni dominium no-

« scitur pertinere: ne forte pro eo quod nos dignatione divina « sumus ad Imperii fastigium evocati aliquid unionis regnum « ad Imperium quovis tempore putaretur habere, si nos simul « Imperium teneremus et regnum; per quod tam Apostolice Sedi « quam heredibus nostris aliquod posset dispendium generari. » (H. B.: Hist. dipl. tom. I. pag. 469).

48.

Sotto il pontificato di Onorio terzo la diplomazia di Federico, il quale negli atti si professa « Romanorum rex Dei gratia et « summi pontificis », non cessa di essere serva della politica papale. Prima di concedere l'onore della corona imperiale il nuovo papa prudentemente richiese che gli fossero rinnovate le promesse e le proteste di obbedienza della costituzione di Egra; e Federico per ben tre volte quelle promesse rinnovò nel settembre del 1219, nel settembre del 1220, e dopo la sua incoronazione, nel gennaio del 1221; la devozione appare in tutti gli atti. In uno, ad esempio, del gennaio 1219, parlando di una curia solenne indetta per prendere coi principi dell'Impero le disposizioni necessarie per una crociata in Terra Santa, Federico così si esprime: « Quia per Dei gratiam posse nobis « adiacet, ut quicquid voluntatis et propositi nostri sit, pre- « sertim de commodo et honore imperii, tam principibus quam « aliis precipere libere valeamus, tanquam qui per Dei gratiam « et Romane Ecclesie imperium et iura imperii, sopitis erroribus « et discordiis universis, potenter et viriliter possidemus, per « sententiam principum duximus inviolabiliter statuendum, ut « quicumque de principibus totius imperii curie non intererit « supradicte, terra privari debeat et honore, nisi persone ma- « nifesta lesione vel magna infirmitate gravatus. » (H. B.: Hist. dip. tom. I. pag. 585).

In un altro del giugno dello stesso anno le espressioni non sono meno esplicite: « Sanctissimo patri et domino Honorio « etc..... Fredericus etc. Quid facimus, pie pater, quod ad re- « ferendas vobis gratias, quas beneficia exigunt, vix vires nobis « et merita suffragantur, cum tanta sit affluentia benignitatis « et muneris quod ad recompensationem eius inaniter se videatur

« erigere nostre propositum voluntatis? Ad Deum ergo humi-
« litate supplici recurrentes, petimus incessanter ab eo, ut ipse
« vobis tribuat pie actionis premium, qui prestitit pietatis af-
« fectum. Nos etiam quantum possumus et valemus, vestris
« nos mandatis exponimus et beatitudini commendamus. — ....
« Super eo vero quod vestra nobis sanctitas nunciavit de terra
« Ecclesie quam nos dedisse quidam vobis detractores et emuli
« nunciarunt, coram Deo et vobis veraciter protestamur quod
« de conscientia nostra nullam exinde concessionem fecimus, nec
« etiam mentionem, nec de cetero, dante Domino, faciemus
« nisi quod vestrum et ecclesie respiciat incrementum. » (H. B.:
« Hist. dipl. tom. I. p. 637).

La conferma della costituzione di Egra, concessa nel settembre di questo stesso anno 1219, è fatta con le stesse parole e forme usate nell'atto solenne del 1213. Ma nel settembre 1220 Federico si rivolge anche « potestatibus, consulibus ac com-
« munitatibus universarum civitatum et castrorum Italiae, »
e affermandosi difensore di tutte le libertà della Chiesa e del suo diritto canonico così ammonisce e minaccia: « Cum dive
« memorie imperatores Romani sacrosanctam Ecclesiam multi-
« plici libertati dotarint, nos, disponente Deo, a quo est omnis
« potestas, ad fastigium culminis imperialis electi, que pie ab
« illis et a sanctissimis Apostolice Sedis presulibus pro statu
« ecclesiarum et ecclesiasticorum virorum sunt edita conservare
« volumus inconcussa, et illis contraria, sicut ad nos spectare
« dinoscitur, amputare. Cum igitur ad aures celsitudinis nostre
« pervenerit nonnullos vestrum cupidine ceca seductos quedam
« detestanda edidisse statuta preiudicantia ecclesiastice libertati
« ac divino et humano iuri obviantia manifeste, nos ea tamquam
« de radice pravitatis heretice provenientia presentium aucto-
« ritate cassamus: sub pena mille marcarum districtius inhi-
« bentes, ne qui vestrum illis de cetero inherere presumant,
« aut eorum pretextu ecclesias et ecclesiasticos viros contra
« sanctiones canonicas et legitimas molestare; quinimo ea de
« vestris capitularibus seu breviaris tanquam iusto iudicio con-
« dempnata penitus abolentes, ecclesias et personas ecclesiasticas
« permittatis indulta sibi libertate gaudere, si vultis penam
« effugere prenotatam ed indignationem regiam evitare. » H. B.:
Hist. dipl. tom. I. p. 855).

La nuova conferma della costituzione di Egra, concessa « ad mandatum charissimi in Christo domini Honori S. R. Ec« clesiae summi pontificis et nunciorum eius » non più come rex, ma come imperator Romanorum, nel 1221, riproduce per intero l'atto del 1213, ma vi aggiunge: « Nos autem pre oculis « habentes dilectionis et gratie puritatem, quam predictus pater « noster summus pontifex in nostra promotione laudabiliter di« noscitur habuisse, et quod de bono in melius ad exaltationem « nostram intendit, scriptum ipsum, sicut continetur superius, « confirmamus et volumus ab omnibus observari, et ad maiorem « securitatem presens scriptum fieri fecimus aurea bulla typario « nostre maiestatis impressa firmatum. » (H. B.: Hist. dipl. tom. II. p. 108).

Nel gennaio dello stesso anno 1221 Federico conferma anche l'atto dell'anno innanzi diretto a tutte la città e castella d' Italia.

La diplomazia di Federico imperatore nei rapporti colla santa sede divenne sempre più indipendente, e, se non riuscì ad emanciparsi, ciò che, se si poteva pensare e desiderare e volere in parte, volere assolutamente con senno, ed attuare nessuno avrebbe potuto, richiedendo opera a ritroso delle necessità insuperabili dell'evo, si fece però forte, battagliera e ogni volta che se ne presentò l'opportunità, anche apertamente aggressiva, come vedremo più avanti trattando della politica laica. Prima della corona imperiale non cessò mai di rivestire prudentissima le forme della maggiore sommissione, le quali abbiamo viste fin qui. Ne possiamo dare un ultimo saggio che serva a discoprirne l'arte. Una delle mire di Federico era di congiungere nell'unità dell'Impero la Sicilia, onde avere forza maggiore per resistere al papato; ed è ammiranda l'arte, con cui raggiunse di fatto lo scopo, salvando le forme del diritto e superando il timore e la vigile oculata preoccupazione del pontefice. Come Innocenzo terzo ottenesse atto di promessa che le due corone sarebbero rimaste divise, abbiamo detto; Onorio terzo domandò ed ottenne la conferma anche di questa promessa: fu però concesso nel nuovo atto a Federico di poter succedere nella eredità del regno di Sicilia, quando il figlio Enrico fosse morto senza prole e senza fratelli, non in virtù del diritto imperiale, ma come un padre raccoglie l'eredità di

suo figlio, salvi i diritti della Chiesa. Ed è a questo riguardo caratteristica un'epistola, con la quale Federico nel febbraio del 1220 cerca insinuarsi nella fiducia del papa per trovar modo di tenere come particolare privilegio anche la corona di Sicilia: « Sanctissimo in Christo patri et permaximo bene- « factori suo domino Honorio, Dei gratie sacrosancte Romane « Ecclesie summo pontifici, Fridericus eadem et sui gratia Ro- « manorum rex, semper augustus et rex Sicilie commendatio- « nem et reverentiam tam debitam quam devotam. — Exhi- « bitam nobis in nostris negotiis, petitionibus et necessitatibus « universis vestre gratie plenitudinem devote recognoscimus « et recognoscentes apostolice sanctitatis pedibus humiliter in- « clinamus, utpote qui per Romane Ecclesie et vestre paterni- « tatis grata subsidia et favorem reminiscimur nos adeptos « quidquid honoris et glorie possidemus. — Verum si ad tot « beneficia et tantorum cumulum meritorum nostra, prout cu- « pimus et debemus, devotio non respondet, non minus fervet « interius voluntatis affectus, quem utique quoties expedit li- « benter producimus in effectum..... (E venendo a parlare del- « l'atto sopracitato del 1216, continua): Postquam novimus « vestram..... voluntatem, privilegium ipsum duximus inno- « vandum; addito tamen quod si charissimum filium nostrum « absque herede et germano mori contingat, succedamus eidem « in tenendo in vita nostra ab Ecclesia regnum ipsum, quod « per eiusdem electi litteras intelleximus a vestra nobis beni- « gnitate concessum. Nihilominus adhuc de vestra benevolentia « et de nostra, quam ad Ecclesiam et vos gerimus, devotione « non modicum confidentes, petitionem de ipsius regni nobis « in vita nostra dominio reservando, cum in vestra fuerimus « presentia constituti, a vestra beatitudine obtinere speramus. « — Quis enim devotior inde erit Ecclesie quam qui Ecclesie « ubera suxisse recolit et in eius gremio suscepisse inde cu- « stodiam et etatis ac salutis et honoris augmentum? quis fi- « delior, quis accepti beneficii magis memor? quis de grati- « tudine commendabilior existimari potest quam is in quo « crescit cum fide devotio? Acceptorum beneficiorum tenax « memoria perseverat, et sue devotionis debitum, se cognoscens « videlicet debitorem, solvere nititur iuxta benefactoris arbi- « trium et mandatum. Si quidem susceptam gratiam recogno-

« scimus, si iugiter profitemur eamdem, dictus capellanus ve-
« ster, qui summa cum diligentia et devotione improbus et
« importunus insistit ad Ecclesie procuranda negotia, non ignorat
« et poterit firmiter protestari; et in hoc etiam potest intel-
« ligi evidenter quod prefatum filium nostrum uberibus matris
« Ecclesie nutriendum elegimus, et ipsius cure fiducialiter com-
« mittendum » (H. B.: Hist. dipl. tom. I. p. 741).

Poco appresso, il 23 aprile 1220, la curia romana vedeva i suoi disegni nuovamente e improvvisamente turbati dall'avere i principi dell'Impero eletto a Francoforte il figlio di Federico, Enrico, re dei Romani; e anche in questa occasione merita di essere notata l'arte con cui Federico si adopera a prevenirne il risentimento: « Sanctissimo in Christo patri Honorio etc. Fri-
« dericus etc. — Quamquam per vestras non recepimus litteras,
« plurimum tamen intelleximus, ex relatu, quod Ecclesia mater
« nostra super promotione charissimi filii nostri non modicum
« sit turbata..... Cum..... propter discessum nostrum (per la
« crociata), quem imminere videbant, plura incommoda et ma-
« xima dispendia imperii proinde sequebantur (era infatti in-
« sorta grave discordia tra l'arcivescovo di Magonza e il
« landgravio di Turingia), ex insperato presentes principes
« (alla curia di Francoforte), et maxime illi qui prius promotioni
« dicti nostri filii obviarant, nobis insciis et absentibus, ele-
« gerunt eundem. Cuius electio, cum nobis patefieret, sicut fuerat
« celebrata absque vestra notitia seu mandato, sine quo nihil
« presumimus nec volumus aliquid attentare, ipsi electioni con-
« tradiximus consentire; sed institimus apud eos, quod si vellent
« hoc gratum ac ratum nos habere, quilibet scriptum suum
« proprio sigillo munitum conficeret, ut electionem ipsam vestra
« sanctitas acceptaret. Fuit etiam ordinatum ut unus ex eis
« cum processu electionis eiusdem ad vestram presentiam se
« conferret..... Videtur autem nobis, beatissime pater, et pre-
« sumptione colligimus evidenti quod, cum habeatis nos et fi-
« lium nostrum in visceribus charitatis non ob aliud promo-
« tionem nostri filii gravem fertis nisi quia de unione regni
« cum imperio dubitatis. Quod equidem timere aut suspicari
« non debet Ecclesia mater nostra quia cum sequestrationem
« ipsorum modis omnibus affectemus, nobis in vestra presentia
« constitutis mandatum et desiderium vestrum de omnibus

« adimplebitur iuxta votum. Absit enim quod imperium com-
« mune aliquid habere debeat cum regno, aut occasione filii
« nostri de electione sua ipsa ad invicem uniamus; immo eorum
Ma noi citeremo qui due atti molto caratteristici del suo governo, riguardanti il procedimento col quale si concedeva ad un cittadino la licenza di esercitare l'arte della medicina o la professione del notaio: in ambedue si vede fin dove arrivava d'ufficio, lo scrupulo della Curia imperiale nell'accertarsi, trattandosi di alte professioni, della fedeltà di quelli che ne facevano richiesta.

Dice l'uno: « Notum facimus fidelitati vestrae, quod fidelis « noster N. ad Curiam nostram accedens, examinatus, inventus « fidelis et de genere fidelium ortus, et sufficiens ad artem me-

« dicinae exercendam, extitit per nostram Curiam approbatus.
« Propter quod de ipsius prudentia et legalitate confisi, recepto
« ab eo in Curia nostra fidelitatis sacramento, et de arte ipsa
« fideliter exercenda iuxta consuetudinem iuramento, dedimus
« ei licentiam exercendi artem medicinae in partibus ipsis: ut
« amodo artem ipsam ad honorem et fidelitatem nostram et sa-
« lutem eorum qui indigent fideliter ibi debeat exercere. — Quo-
« circa fidelitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus nullus
« sit qui praedictum fidelem nostrum super arte ipsa medicinae
« in terris ipsis, ut dictum est, fideliter exercendi impediat de
« caetero vel perturbet ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. VI. c. 24).

E l'altro atto di concessione dice: « Notum facimus uni-
« versitati vestrae, quod T. Tauriniensis, fidelis noster, iuxta
« sacrarum constitutionum nostrarum tenorem examinatus,
« inventus fidelis et de genere fidelium ortus, et sufficiens ad
« notariatus officium exercendum, est per nostram Curiam ap-
« probatus. Propter quod, de ipsius prudentia et fidelitate confisi,
« statuimus eum publicum notarium Tauriniensem: ut amodo
« in terra ipsa pubblice notariatus officium ad honorem et fide-
« litatem nostram debeat exercere: recepto ab eo iuramento
« fidelitatis de ipsius publici notariatus officio fideliter exer-
« cendo. — Quare fidelitati vestrae mandamus, quatenus, si in
« terra ipsa non est completus numerus notariorum, nostris
« constitutionibus compraehensus, dicto T., fideli nostro, tanquam
« publico notario eiusdem terrae a nostra Maiestate statuto, de
« omnibus, quae ad eiusdem notariatus officium pertinent, ad
« honorem et fidelitatem nostram de caetero intendatis. (Ep.
Pet. de Vin. Lib. VI. c. 32).

Caratteristica è anche la forma generale approvata con cui
dovevano essere fatte le petizioni all'Imperatore: « Vobis, se-
« renis. Imperator, lux fidelium, protector et benefactor eorum,
« Ego G. de..., qui audacter et secure possum et debeo dicere
« salva conscientia coram Deo et vobis, quod semper fidelis
« extiti et existo, et, ex quo servire potui, incessanter in ser-
« vitiis vestris mansi et maneo, supplico misericordiae vestrae
« quod... etc. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 14).

36.

Tribunale supremo inappellabile contro tutti gli infedeli, i ribelli e i traditori era la Curia solenne, dove si mettevano al bando dell'Impero principi, grandi officiali, e intere comunità e contro loro s'indiceva la guerra: Preparandosi a celebrare una Curia solenne vicino a Parma, ad esempio, così scrive Federico ai principi di Germania e ai grandi officiali dell'Impero: « Etsi tanta rebellium fuerit inventa protervitas, « quod nec ad Deum, nec ad decus Imperii et Ecclesiae velint « habere respectum, tam celebris tribunalis in eos materialis « gladius exercebitur, qui nullius appellationis remedio suspen« detur, sed in rem transiens iudicatam, effectum, dante Do« mino, debitum e vestigio consequetur, ut in omnibus antiquus « et debitus mos et honor Imperii conservetur ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. III. c. 1).

E così, ad esempio, in una curia solenne tenuta a Magonza il 15 agosto 1235 Enrico, ribelle al padre, fu privato del vicariato generale di Germania e del regno; in un altra Curia solenne tenuta ad Augusta nel giugno del 1236 il duca d'Austria pure ribelle, fu messo al bando dell'Impero e fu decretata l'invasione de' suoi stati. — Ancora, in una curia solenne tenuta a Borgo San Donnino e a Cremona nel giugno e luglio nel 1226 furono messe al bando dell'Impero le città della lega lombarda, dichiarate ribelli e colpevoli di lesa maestà, furono privati i cittadini dei diritti civili e politici e furono soppresse le università e le scuole, specialmente quella di Bologna: « Nos stipati principibus nostris tam ecclesiasticis quam « mundanis, de communi deliberatione ac sententia eorumdem « principum nostrorum et aliorum Romani imperii procerum in « eadem curia residentium, iudicum quoque curie nostre ac « plurium sapientium ex autoritate nostra et imperii pronun« tiavimus et condemnavimus omnes civitates ipsas (videlicet « Mediolanum, Mantuam, Veronam, Vicentiam, Paduam, Ter« visium, Bononiam, Faventiam, Brixiam, Laudam, Vercellas, « Alexandriam et ceteras civitates coniurationis) in personis « et rebus, et omnes habitatores earum et districtuum et epi« scopatuum suorum in banno imperii posuimus et nostros et

« imperii bannitos et hostes denuntiavimus et tamquam reos
« criminis lese maiestatis privavimus tam universos quam sin-
« gulos omnium iurisdictionum tam civilium, quam criminalium
« tam voluntariarum quam contentiosarum, datiorum, feudo-
« rum, donationum, privilegiorum, regalium, honorum, omnium
« officiorum iudicatus, tabellionatus et missorum regiorum, po-
« testarie, consulatus et monetarum. Privavimus etiam senten-
« tialiter predictas civitates et cives earum eis omnibus, que
« possent eis ex pace Constantie universis et singulis provenire,
« ac ceteris omnibus que ab imperio seu a predictis imperatoribus
« avo et patre nostro et aliis predecessoribus nostris divine re-
« cordationis augustis seu a nobis tenent, habent seu possident,
« aut tenuerunt, habuerunt seu possederunt. — Item privavi-
« mus valvasores et capitaneos ab honoribus et specialiter ab
« honore capitaneatus et valvasoratus, ut de cetero non possint
« dici nec nominari capitanei vel valvasores, et prohibemus
« ipsis et aliis ne de cetero ad tales vel alios honores ascendant.
« — Item privavimus a statutis, quod statuta non faciant, facta
« cassamus, et quod si de cetero fecerint, ipso iure inania et
« irrita censeantur. — Item privavimus eos omnibus legitimis
« actibus, ita quod nec habeant ius testandi, testificandi, alie-
« nandi, succedendi ex testamento vel ab intestato, nec ca-
« piendi ex causa donationis inter vivos vel ex causa mortis
« a iure codicillorum vel alio quolibet modo. — Et quod ipso
« iure perpetuo sint infames, pronuntiantes quoque et presenti
« sancientes edicto ut omnes fautores eorum, civitates et loca
« vel ceteri, qui eis de cetero auxiliari vel associari presument,
« vel alii qui de predictis civitatibus in potestate consiliarium
« assessorem assumunt, eidem condemnationi et banno et pri-
« vationi subiaceant. — Scolas et studia ab eisdem civitatibus
« statuimus et iubemus perpetuo removeri. — Doctores et sco-
« lares qui contra presentem constitutionem nostram in eisdem
« civitatibus atque locis docere, legere aut audire presumpserint,
« perpetua infamia denotantes et ab advocationis iudicatus,
« tabellionatus officiis et honoribus et legitimis actibus privantes
« eosdem. — Statuimus insuper ut quicumque ipsos bannitos
« predictos et hostes nostros et Romani imperii offenderit in
« personis et rebus, indemnis exinde habeatur, ut nullo unquam
« tempore possit vel debeat ab aliquo conveniri. — Quare uni-

« versitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus « omnes civitates predictas et habitatores earum tamquam no« stros et Romani imperii bannitos et hostes habeatis et de« nuntiari amodo teneatis facientes presentis condemnationis « formam per totum districtum et episcopatum vestrum (Cu« marum) solemniter publicari: ipsos autem in personis et rebus « persequi et capere intendatis, negotiatores et mercatores et « stratas per districtum et posse vestrum eis penitus inhibentes, « et interdicentes civibus et mercatoribus vestris ne participent « vel mercimonia aut aliqua negotia exerceant cum eisdem; » quod si presumpserint, supradictis penis et bannis se noverint « subiacere ». (H. B.: Hist. Dipl. Tom. II. p. 645).

E se la guerra che poi contro essa lega fu mossa con l'armi è di dieci anni dopo, questo, come è noto, avvenne perchè Federico accettò l'intervento del papa che si protrasse a lungo con sentenze e soddisfazioni, le quali non salvavano l'onore e non reintegravano il diritto dell'Impero e fra negoziati di continuo rinnovati e sempre insolventi. Intervenne perciò la deliberazione di una nuova Curia solenne tenuta a Magonza, che la guerra decise per acclamazione: « Clamantibus cunctis et « in elevationem manuum offerentibus quae iuxta consuetidi« nem Germanorum est vinculum iuramenti », scrive Federico al papa il 24 agosto 1235; — e « Principes Germaniae... non « per compositionis formam sed fuso sanguine, prout in arma « furens imperium exigit, vellent Lombardos Imperio subicii « et ad imperialis culminis mandata redire »; scrive il maestro dei Teutonici ai cardinali nel 1237. (H. B.: Hist. Dipl. Tom. V. p. 93).

37.

La parola dell'imperatore, come quella de' suoi officiali, quale appare divulgata negli atti diplomatici e che doveva servire a infiammare gli animi, non ha pietà per i ribelli ostinati nell'infedeltà. Essa invita all'armi i fedeli « ad confusionem « nostrorum rebellium » — « ad ultimum exterminium nostro« rum rebellium » — « ad estremam depopulationem nostrorum « rebellium » — « ad oppressionem et exterminium nostrorum

« rebellium » — « ut rebelles nostri territi et attriti clava no-« strae potentiae demergantur ad ima »; — « in depopulationem « infidelium, quorum terras secundum imperiale mandatum « usque ad exterminium disponimus impugnare ». Dei lombardi stretti in lega contro l'Impero e per dieci anni inutilmente minacciati e richiamati a fedeltà, così parla Federico al re di Francia: « Lombardos... ex nexu treugarum... Excellentiae « nostrae rebelles, sicut semper exclusimus sic in perpetuum « excludemus ». E contro i Genovesi ribelli, ad esempio, così scrive Federico a un suo vicario: « Nos... qui usque modo cum « patientia dissimulavimus insolentiam et perfidiam eorundem, « ipsos ad conservationem et poenitentiam expectantes, in eorum « ultionem contra eos amodo potentiae nostrae brachium ta-« liter extendemus, ut cuius gratiam contempserunt, indigna-« tionem sentiant et vindictam ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. III. c. 85).

E gli abitanti di Foligno, mandando loro un suo capitano, contro i ribelli incoraggia: « Fidelitatem vestram requirimus « et hortamur attente mandantes, quatenus in fide et servitiis « nostris solliciti, more solito vigilantes, sic ad requisitionem « Thomasii de Aquino capitanei nostri, quem ad vos tamquam « imaginarium personae nostrae transmittimus, et continue « vobiscum volumus commorari, contra rebelles nostros vos « potenter et viriliter opponatis ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 21).

Così pure incoraggia ed istruisce i Pisani contro i Lucchesi nemici ostinati dell'Impero: « Furiosam superbiam et su-« perbam furiam Lucanorum, qua succensi, frementes se contra « Deum et Romanorum imperium erexerunt superfluum esset « per singula literis recensere, quam iam latius divulgatam vos « credimus non latere: sed nos quosdam excessus eorum no-« lumus sub silentio praeterire, ut Celsitudinis nostrae zelare « honorem et abominari verius iniquitatem ipsorum ad nostram « et Imperii vindicandam iniuriam et illorum insolentiam edo-« mandam exsurgatis viriliter et potenter. Cum enim iidem « Lucani ad occupandam terram imperii nequiter inhiarent, « plures eos monuimus in spiritu lenitatis ne tantam nobis ir-« rogare molirentur iniuriam et iacturam. Sed illi, monitis no-« stris blandis superbe comtemptis, nequitatem quam conce-« perant parientes, praedictam terram hostiliter invaserunt, in « ea multa enormia committentes. Unde, ne tantam iniuriam

« noxiae negligere videremur, materialem gladium exercuimus
« in eosdem ipsos, tanquam inimicos Imperii proscribendo;
« mandantes ipsos proscriptos ab omnibus evitari et sperantes
« quod percussi dolerent et attriti nostram misericordiam im-
« plorarent... Quia vero illorum superbia semper ascendit, donec
« eam exurgens iusticia iudicio praeveniat et subvertat, ut
« contritione duplici conterantur, sinceritatem vestram rogamus
« attente, quatenus eosdem Lucanos severitate debita percel-
« lentes, eis in terra faciatis commertia nostrorum fidelium
« interdici, aliasque procedatis acriter contra ipsos sicut melius
« videritis expedire ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 13)

38.

E perchè la lotta fosse senza tregua e in tutte le forme, Federico concedeva ancora in danno dei ribelli dell'Impero, fin che tali rimanevano, e favoriva con carte d'immunità le private rappresaglie per mare e per terra: « Universis etc.
« Fidelitati vestrae notum facimus per praesentes, quod B. et
« M., mercatores de N. fideles nostri, ad nostrae Celsitudinis
« praesentiam venientes, Maiestati nostrae humiliter suppli-
« carunt, ut, quia, dum ipsi quandam navim cum eorum mer-
« cibus et rebus aliis valentibus uncias auri centum et plus
« Venetias destinarent, rebelles nostri Anconitani navim ipsam
« hostiliter invadentes ceperunt eam cum mercibus antedictis,
« capiendis de bonis ipsorum, quousque de damno ipso resarcian-
« tur ad plenum, de nostra gratia concedere licentiam dignare-
« mur. — Nos igitur supplicationibus istorum benignius inclinati,
« cum eisdem fidelibus nostris damna passis deesse nolumus,
« dedimus eis licentiam ac plenariam potestatem, ut quamdiu
« dicti Anconitani in rebellione nostra perstiterint, ubique per
« mare et terram de bonis eorum capiant, quae non sunt ad
« opus Curiae nostrae capta vel etiam annotata; ut eisdem, quibus
« securitatis nostrae literas duximus concedendas, in valore un-
« ciarum auri centum et illatorum damnorum superius praedi-
« ctorum plenius satisfaciat. — Quare universitati vestrae praeci-
« piendo mandamus, quatenus super capiendis bonis Anconita-
« norum, praedictorum nostrorum rebellium, nullus eos impediat

« vel molestet, imo ob reverentiam Culminis nostri assistatis eis « super praemissis auxilio, consilio et favore: dum tamen ad ea, « quae ad opus Curiae nostrae capta vel annotata sint, seu ad eos « quibus securitatis nostrae literae per nostram Excellentiam « sunt indultae, manus aliquatenus non extendant ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 48).

39.

Con carte d'immunità proteggeva e favoriva ancora Federico quellì che intendevano catturare gli infedeli od esercitare una specie di blocco per terra e per mare contro chiunque, fedele od infedele, portasse vettovaglie o altre mercanzie a ribelli dell'Impero: « Universis etc. Notum fieri fidelitati vestrae « volumus per praesentes, quod nos tam ad honorem nostri cul- « minis et nostrorum confusionem rebellium, quam ad suppli- « cationem O. de N. latoris praesentium, fidelis nostri, qui et « fratres sui, scilicet G. et T. pro fide Maiestatis nostrae ser- « vanda, sicut asserit, de Ferraria fuerint eiecti, sibi et suis « fratribus antedictis, infideles nostros et Imperii capiendi, « ubicumque eos in mari invenerint vel in terra nec non et tam « fideles quam infideles, qui victualia seu mercatationes ad re- « belles nostros de N. vel ad alias terras nostrorum rebellium « reportarent, licentiam nostram duximus concedendam. — « Quare Universitati vestrae praecipiendo mandamus, quatenus « in praedictis peragendis eosdem fideles nostros in nullo im- « pedire seu molestare aliquatenus praesumentes, ipsis cum « expedierit et ab eis fueritis requisiti, detis omne auxilium « et iuvamen ob nostrae reverentiam Maiestatis. Ita tamen quod « occasione praedicta ad offensionem nostrorum fidelium et eorum « maxime, qui literas nostrae Serenitatis obstenderint, manus « aliquatenus non extendant. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 90).

40.

Anche nel concedere lettere di sicurtà a chi intendeva esercitare nello Stato il commercio, trasportando mercanzie da

regione a regione, Federico poneva condizioni che valessero a mantenere lo stato di guerra contro i ribelli e a dare a lui guarentigie di fedeltà: « Universis etc. Notum facimus fidelitati « vestrae, quod nos P. et R. civibus et mercatoribus Tudertinis, « latoribus praesentium, fidelibus nostris, licentiam et securitatem « duximus concedendam et per Imperium et regnum nostrum « ire, morari et redire valeant cum mercimoniis et rebus eorum « salubriter et secure, salvo iure et conductu Curiae nostrae « tam in Imperio quam in regno, quae ab eis integre persol- « vantur. — Quocirca fidelitati tuae praecipiendo mandamus, « quatenus eosdem P. et R., fideles nostros, cum tribus equitaturis « et duobus scuteriis, mercimoniis et rebus eorum eundo, morando « et redeundo secure transire et libere permittatis: nullam eis « in personis vel rebus molestiam inferentes, seu ab aliis fa- « cientes inferri; dum tamen attentius caveatur, quod papales « literas, vel alicuius de Romana Curia non apportent; de regno « prohibita non extrahant; licite extracta ad infideles non de- « ferant; et nihilominus cum eis non distrahant vel mercentur, « nil machinentur publice vel occulte in laesionem nostri no- « minis vel honoris; ad infidelium terras non divertant, nil eis « ferant vel referant verbo vel literis; nec aliquem in eorum « societatem scienter admittant ferentem vel referentem aliquid « nostrae contrarium Maiestati. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 49; cnfr. c. c. 87 e 91).

41.

E anche contro individui notoriamente ribelli e traditori, esercitava l'imperatore con alto concetto del suo diritto la sorveglianza e la persecuzione: Scrive, ad esempio, a un suo officiale: « Divinis et humanis institutis non absonat, quod qui « nostra non verentur lacessere Maiestatem et contra nostra « quotidie commoda moliuntur, a nobis et regni nostri fidelibus « in personis et rebus eis inferre debeant detrimenta. Cum igitur « Joh. de N. qui suis factionibus usque modo Imperii nostri « viribus extitit adversatus, coram nostrae Celsitudinis effigie « comparere devitans, ut imperialis evadat aculeos ultionis, sub « fictae pietatis velamine Apostolorum intendat limina visitare,

« non volentes ut fraus et dolus patrocinentur eidem, fidelitati « tuae mandamus, quatenus per vias et semitas ponens insidias « eum capias, si inciderit in easdem, ut qui imperiali diademati « inferre non puduit laesionem, cadat ipse in decipulam, quam « tetendit. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 13).

42.

E i cittadini romani, i quali avevano dato ospitalità a traditori che avevano congiurato contro la sua vita, così con romana dignità e romano orgoglio richiama e rimprovera: «Igno- « miniosa vulgaris vestri nominis fama,... si non pontificum..., « senatorum tamen maxime magnatum et virorum illustrium « modernorum debuisset corda ferire. — .... Equidem mater « ipsa priscis temporibus fideles lactabat filios, nutriebat pro- « vidos, receptabat honestos, exulabat infidos, eiiciebat improbos, « et impios perimebat; et sic tantis tunc illustrata luminibus, « totius mundi regna tributaria erant sibi. Mirabilis non satis, « imo ultra quam dici possit, miranda, tam excellentissimae « urbis caecitas et tantorum civium obscuritas oculorum, ut « qui tam felicium deberetis antecessorum huiusmodi antiquitatis « dignissimae vitae morumque sequi vestigia, a semitis ve- « strorum laudabilium patrum improvide deviantes non minus « in vestrum quam Culminis nostri praeiudicium proditores no- « stros favorabiliter receptando, honorabiliter confovetis: qui ad « ipsorum interitum deberetis totis viribus summo studio an- « helare: velut hi qui ab eorum infantia de limo terrae as- « sumpti, paterna dilectione nutriti, insigniti famosis honoribus « ac liberalitatis nostrae dextera multis in Imperio et regno « ditati muneribus, praefulgebant, percussi zelo principis tene- « brarum.... dolose simul et dolorose procuraverant mortem « nostram. — Animadvertite igitur Romani populi et videte, « utrum pro collatis beneficiis per nos vobis, quibus semper « nostrae liberalitatis magnificentia vos dotavit, a vobis tamquam « a sacri Imperii nostri capite tam ingratum imperiali Excel- « lentiae debeatur meritum: ut huiusmodi gubernetis nequis- « simos proditores, qui non sine multiplici Cristianitatis clade « nostrum sanguinem, utpote Romani Caesaris, catholicae fidei

« defensoris, sic unanimiter sitiebant. Cumque nefandissimi sce-
« leris patratores inter vos de iure consortium habere nequeant
« vel favorem, ad ipsorum exterminium et confusionem taliter
« vestra providentia procedat, quod honoris vestri perpetuam
« cedit ad gloriam et nostrae Magnificentiae ad vindictam. »
(Ep. Pet. de Vin. Lib. III. c. 18).

43.

E insieme alla minaccia contro i ribelli dell'Impero, la lode e la promessa di compenso ricorre frequentissima negli atti a favore di quelli, signori o comuni, che l'imperatore soccorrono con zelo nel combatterli; anzi l'efficacia di tali servigi è posta come condizione dei favori e delle grazie imperiali: « Gratum
« gerimus et acceptum et vestrae devotionis studium favora-
« biliter commendamus, quod, sicut ex insinuatione Friderici de
« Antiochia, sacri Imperii in Thuscia et Amelia usque Cornetum
« et per totam Maritimam vicarii generalis, charissimi filii nostri,
« nostra nuper Serenitas intellexit, quod ad depopulationem
« nostrorum rebellium Perusinorum et Castrorum districtus de-
« vote et concorditer ad ipsius requisitionem viriliter proces-
« sistis. — Ut igitur fidelitas vestra per effectum operum de
« bono in melius clareat incessanter, devotionem vestram sol-
« licitandam duximus et hortandam, mandantes, quatenus ad
« executionem servitiorum nostrorum et depressionem rebellium
« et specialiter ad Perusinorum proterviam edomandam, ad
« requisitionem et ordinationem praedicti filii nostri, iuxta so-
« litum vires et animos unanimiter assumatis et sic ad honorem
« nostrum et Imperii et vestri favoris augmentum prosequamini
« viriliter et potenter, ut quod in exhibitione servitii laudabiliter
« incepistis, laudabilius finiatis. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. III. c. 49).

Trattandosi, ad esempio, di ricuperare in Toscana una posizione strategica, i cui abitanti erano venuti meno alla fede imperiale, Federico così scrive ad un nobile a cui la custodia di quella posizione era stata affidata: « Dudum ex zelo purae
« devotionis et fidei, quam ad nos et Imperium semper hactenus
« habuisse te novimus, de tua industria et legalitate confisi,
« custodiam villae tibi fiducialiter recolimus commisisse: ut sicut

« eras inter alios in fide nostra praecipuus, esses in eiusdem « loci custodia specialis. Cum igitur villa ipsa, sicut nuper « accepimus, a fide nostri Culminis deviarit, tanto te propensius « expedit circa ipsius villae recuperationem modos exquirere, « quanto confidentius de provida retentione ipsius studio tuae « circumspectionis inhaesimus, et quanto per haec nostra, quin « et tua potius, utilitas procuratur. Quocirca discretionem tuam « requirimus et rogamus attente, quatenus sicut unquam honorem « nostrum diligis et a nobis amplas praemiorum retributiones « expectas, modos et vias, quos eidem negocio convenire co- « gnoveris, operosus excogites, ingenium acuas; et cum solici- « tudine, qua poteris, elabores, qualiter locus ipse ad fidem « nostrae Serenitatis reducatur. — Nos enim promissiones omnes, « pacta et conventiones, quas ad honorem nostrum propterea « duxeris faciendas, ratas habebimus et faciemus inviolabiliter « observari, temporis habilitate captata. — Caeterum nos in « manu forti et copia thesaurorum sic ad ultimum exterminium « nostrorum rebellium et statum pacificum fidelium procuran- « dum, partes Italiae magnifice repetemus, quod rebellium « ipsorum temeritas, qui de nostra forsan absentia gloriantur, « divina nobis assistente potentia, qua tueri nos iugiter con- « suevit, in adventu nostri Culminis evanescet. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 22).

All'officiale che reggeva la capitania da cui quella posizione strategica dipendeva, contemporaneamente Federico scrive: « Sine literarum nostrarum iudiciis vel expressionibus nunciorum « tuae devotionis industriam scire confidimus quantum ex castro « et villa, dum in fide nostra persisterent, nostris posset ne- « gociis afferri compendium, quantumque per ea, si in partem « contrariam cederent, grave dispendium timeretur: velut in « cuius gremio a nobis in Liguriam et ad vos abinde praecipuo « seu singulari quin potius necessario transitu remanente, « tamquam deficientibus aliis viarum passagiis, inde sit unica « clavis ad ianuam, quae nobis nostrisque reserrare potest et « claudere transitum et regressum. — Cum igitur villa ipsa, « sicut nuper accepimus, a fidei nostrae semitis deviante, ca- « strum praedictum in nostra devotione fideliter perseveret, « fidelitatem tuam requirimus, mandantes expresse, quatenus « eiusdem negocii circumstantias diligenter advertens, statim

« de consilio fidelium nostrorum Thusciae, quorum magis videris « expedire, vias et modos operosus excogites, qualiter ad recupera- « tionem villae ipsius, ac efficacem defensionem et observationem « castri praefati aggregatis auxiliis celeriter succuratur: inductu- « rus ad hoc efficaciter communia regionis ipsius et commune « civitatis praecipue; ut, si unquam desiderant in personis et « rebus ac supplicationibus suis coram nobis favorem et gratiam « invenire, statim circa recuperationem eiusdem villae, tuitionem « castri et pacificationem stratae ac provinciae potenter et vi- « riliter intendentes, fidem, quam ad nos et Imperium habere « tenentur ex debito et eos semper promptam hucusque novimus « habuisse, per efficaciam operis fateantur. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 23).

Così ancora, ad esempio, raccomandando la fedeltà e prevenendo le ribellioni, promette favori e minaccia castighi ai cittadini di Firenze, quando tra loro manda podestà suo figlio Federico d'Antiochia: « Vos igitur purae fidei et sincerae de- « devotionis alumni,... patris in filio praesentiam figurantes, « ipsum quasi familiaris dilectionis eximium pignus libenter « et devote suscipite: et sibi, veluti in quem transfundimus « nostrae plenitudinem potestatis in omnibus tanquam personae « nostrae promptis affectibus et ilariter obedite, ut devotionis « vestrae constantiam liberalitatis augustae provisio, quae ser- « vitia novit remunerare fidelium, dignis proinde commendationis « laudibus prosequatur, pro firmo scituri, quod obedientiae signa, « quae sibi devotio vestra monstraverit, aequo favore gratiae « prosequemur, ac si personae nostrae personaliter monstraretis. « — Et si forte, quod omnino non credimus, contra eum quisquam « indevotionis calcaneum elevaret, trangressores huiusmodi acer- « biori iudicio prosequemur, quam si etiam personam nostram « haec alicuius vel aliquorum temeritas attentaret. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. III. c. 9).

44.

Con altro provvedimento costante della sua politica, le vittorie riportate sui ribelli Federico comunicava a tutti i cittadini e i principi dell'Impero con grande solennità, chiamando

Dio vindice della legge, il quale concedendo a lui la vittoria, « iustus iudex iura respexit Imperii » ; così ancora delle sue sconfitte s'affrettava con nunzii ed epistole a menomare la fama così che l'autorità imperiale non ne soffrisse : (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. c. 5, 41). A tutti, ad esempio, è comunicata la vittoria del 1237 sulle milizie di Milano, di Piacenza e delle altre città della lega lombarda, e l'ingresso del vittorioso imperatore in Cremona col carroccio dei vinti, alla cui antenna era legato *ad dedecus* il podestà di Milano fatto prigioniero nel combattimento sull' Oglio: « Postquam irreparabile Bri-« xiensis regionis incendium multos terruit, Mediolanensibus, « Placentinis et eorum fautoribus, qui ad Brixianorum auxi-« lium venerant, Caesar procedebat ferociter cum suo exercitu « obviare.... Bellum terribile inceperunt... — Tandem,... Deus « iustus iudex iura respexit Imperii et ad tanti casus interitum « subito deiecit superbiam rebellium Lombardorum, quod ipso « die triste Mediolanum cum suis fautoribus florem militiae « populique, Carocium cum potestate vilissime amiserunt... — « Tunc miranda Papiae militia se de mediolanensibus militibus « vindicavit, et fidelis Cremona cum suis civitatibus secures « sanguine saturavit... Nec occisis sufficiunt sepolturae, nec « Cremonae palatia multitudinem capiunt captivorum ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II, c. 1; cnfr. c. c. 3, 35, 50).

E di altre vittorie ancora, ad esempio, a tutti i suoi fedeli scrive: « Cum marchio Montis Ferrati, quem grata et multiplex « beneficiorum nostrorum collatio.... obsequiosum nobis deberet « efficere, tractatibus intervenientibus apostolicis, Lugdunen-« sibus potius quam Romanensibus proditoribus nostris recon-« ciliatione coniunctus, ipsorum ac Vercellensium proditorum « nostrorum munitus auxiliis, civitatem nostram Thaurinensem, « a nostra fidelitate seductam, proditorie occupasset, resistentibus « tantum palatio eiusdem civitatis, nostris munito popularibus, « et quibusdam de nobilibus civitatis ipsius, — Fridericus, di-« lectus nepos noster, quem ad superiores partes Lombardiae « pro salubri statu provinciae Maiestas nostra praemiserat, Pa-« pienses, Cremonenses, Astenses et Alexandrinos, quos sibi « sic inopinatus casus exhibuit comitatus, in civitatem eandem « tanquam repente de coelo sonus impulit et in nostro nomine fu-« gatis protinus marchione praedicto et proditoribus universis,

« et fere ducentis ex ipsis nostro carcere mancipatis, civitatem « eandem nostro dominio integravit ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 40).

Comunica ancora nella stessa epistola una vittoria riportata da suo figlio Enrico sui mantovani, che si preparavano ad aiutare Parma, e di un altra di suo figlio Federico così parla: « Literas Fri- « derici, comitis Albae, dilecti filii nostri, recepimus, continentes « qualiter in virtute Dei et nostrae felicitate fortunae, partem « Guelforum Florentiae, cui dudum nostra Maiestas pepercerat, « cum iuste ad ipsius exterminium procedere potuisset, quae, « velut familiaris et pestilens cardinalis Octavianensis tracta- « tibus exposita, Bononiensibus nostris proditoribus advocatis, « civitatem Florentiae per intestinum bellum nobis subthraere « intendebat, — fidelium nostrorum assistentibus sibi suffragiis « debellavit, et nonnullis captis, quosdam de civitate ipsa vio- « lenter eiecit. Ex quo totius provinciae status in melius sine « dubitatione dirigitur et fidelium animi ad fidelitatem nostram « fortius roborantur ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 40).

45.

Così nella vittoria, ma non meno forte nella sconfitta parla l'imperatore coi ribelli vincitori: I bolognesi, ad esempio, che nel 1249 gli avevano vinto e fatto prigioniero il figlio, ammonisce e minaccia: « Considerate.... provide et attendite diligenter, « quod Imperii nostri Serenitas quamvis passa videatur aliquas « tempestates, tam in digno Dei iudicio multos de illis, qui « rebelles esse nostrae potentiae praesumpserunt, iusticia me- « diante, ad poenam et mortem conduximus, exemplum cunctis « hominibus saeculi monstraturi. Non enim, sicut putare vi- « demini, sopita est Romani Imperii fortitudo. Nam semper vi- « gilans et attenta potentia non dormitat: interrogate patres « vestros et dicent vobis, quoniam avus noster felicis me- « moriae, victoriosissimus Fridericus, cum voluit, Mediolanenses « priores vestros expulit a propriis laribus et eiecit, ac civi- « tatem ipsam tripartivit in burgis. Non igitur pateant faciles « aures vestrae suggestionibus ac adulationibus Lombardorum, « qui vos damnationi associari cupiunt.... Quapropter sub

« poena gratiae nostrae vobis praecipimus et mandamus, qua-
« tenus dilectum filium nostrum Henricum, regem Sardiniae
« et Galluri, cum aliis fidelibus nostris Cremonensibus, Muti-
« nensibus et caeteris aliis, quos cepistis... de carceribus rela-
« xetis. Quod si feceritis nos inter alias civitates Lombardiae
« vestram exaltabimus civitatem, si vero potentiae nostrae
« mandatis neglexeritis obedire, triumphalem et innunerabilem
« nostrum exercitum expectabitis ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 34).

CAPITOLO VI.

46.

Coi ribelli che ritornavano pentiti al giuramento di fedeltà e all'obbedienza della legge imperiale, fu generoso: I faentini, ad esempio, i quali « ditioni nostrae colla subiecerunt corporali « fideli praestito iuramento » trattò più con clemenza che con giustizia, « ut nihil dulcius nihil suavius iugo imperii sentiant experiri ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 8). Sono queste le espressioni usate da Federico, parlando con i conti e con gli altri principi e nobili dell'Impero della vittoria ottenuta su Faenza. E ad Ezzelino in particolare scriveva: « Venientibus ad pedes
« nostrae Clementiae Faventinis et ad nostrum beneplacitum
« et mandatum in nostra misericordia bona subiicientibus et
« personas, fidelitatis debitae praestitis iuramentis et illicitis
« quibuslibet, quae fecerant, abiuratis, eos ad dominium nostrum
« et gratiam benigne recepimus, omnibus eorum offensis nostram
« misericordiam praeponentibus, cum gloriosae vindictae genus
« pensemus ignoscere noxiis, dum potuerimus vindicasse;... ut
« nil suavius, nil iustius atque benignius resumpto iugo Imperii
« de caetero valeant experiri: nec est enim amicum caedis,
« nec ad effusionem sanguinis sacrum aspirat Imperium: sed
« cuius illustrat divina potentia solium misericordia et veritas
« ambiunt, pax et iustitia complectuntur ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 4).

47.

I suoi fedeli non cessava di lodare, dimostrando loro memoria continua ed animo riconoscente dei prestati servigi, e confortava, e favoriva, e premiava in tutte le occasioni, con tutti i mezzi.

Con cittadini di Toscana, i quali richiesti avevano posto soldati a'suoi servigi, così ad esempio si congratula: «Gratanter « recepimus devotionis vestrae literas, quas nuper Culmini nostro « fideliter destinastis,.... et quod iuxta requisitionem dilecti filii « nostri Friderici de Antiochia balistarios centum armipotentes « ad Prati custodiam vestra devotio destinavit, ibidem pro nostris « servitiis moraturos, studium et solicitudinem vestram proinde « merito duximus commendandam: fidelitatem vestram, quae « semper circa obsequia nostra inter caeteros fideles Thusciae « fulgere per evidentiam et operis efficaciam consuevit, mo- « nentes pariter et ortantes, ut semper more solito ad nostrae « Maiestatis augmentum et grata Culmini nostro praestanda « servitia, vos offeratis cum effectu laudabili tam voluntarios « quam paratos: ita quod semper in Excellentiae nostrae oculis « ipsa operum efficacia fidem vestram commendabilem reprae- « sentet». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 125).

E mandando in congedo soldati di Toscana, così li accompagna alle terre loro: « Milites vestros ob nostrae reverantiam « Maiestatis ad nostram provinciam destinatos, vel ad nostra « servitia deputatos, quorum servitia per operum efficaciam « satis grata gerimus et accepta, providimus hilariter ad pro- « pria remittendos. — Et quia vos inter caeteros fideles nostros « de Thuscia ad servitia fore cognoscimus promptiores, fidem « vestram constantem, quam ab experto cognoscimus, dignis « duximus laudibus multipliciter commendandam: monentes « fidelitatem vestram pariter et hortantes, quatenus iuxta so- « litum circa nostrae Serenitatis augmentum et obsequia fruc- « tuosa vestra parata existat devotio; ita quod ipsa operum « efficacia semper in Excellentiae nostrae oculis vos commen- « dabiles repraesentet». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 119),

Ancora, a cittadini del regno di Arles giunge nobile e piena di promessa la parola dell'imperatore: « Pura fides et

« experta devotio, quibus inter alios Imperii Romani fideles « clarius in conspectu nostrae Celsitudinis praefulgetis, argu- « mentum nobis firmae fiduciae praebuerunt, ut in omnibus, « quae decus Excellentiae nostrae respiciunt, vos securissime « requirentes, de vobis amodo firmius et fiducialius confidamus. « Latere namque conscientiam nostram vel a tenacitate me- « moriae nostrae nullatenus cecidisse credatis, qualiter nos « prae caeteris Arelatensibus regni fidelibus, Henricum de Ra- « vello, seneschalcum nostrum et ipsius regni vicarium, ob ho- « norem Culminis nostri gratius ed honorabilius pertractastis, « exibentes vos eidem in omni synceritate devotos quae grata « nobis extitit et Imperio fructuosa. — Nec nos praeteriit quod « T. de..... militem Papiensem et nobis tam probabili prae- « sumptione fidelem, rectorem vestrum anni praeteriti de nostra « familia provide recepistis. — Ex quibus omnibus laudabiliter « informati, quod vos inseparabiliter voluistis nobis glutino de- « votionis et fidei glutinari, ad vos oculum provideutiae no- « strae versa vice dirigimus, de prospero statu vestro nec non « de salubri regimine praecipua solicitudine cogitantes. Et cum « inter curas solicitudinis nostrae revolvimus qualiter per nos « vobis posset in ipso salubrius et cautius provideri, illud tandem « tenaci meditatione tanquam honorificentius nobis et vobis « duximus eligendum, quod ad hoc vires et potentiam nostram « vestris profectibus strictius et peculiarius obligetis. Ad quod, « prout perspicaciter intueri potestis, nulla nos inducit ambitio, « quod curam regiminis civitatis unius, quantumcumque nobis « synceritate experta fidelis, assumere cupiamus, qui fere totius « orbis habenas universaliter moderamur: sed ut affectionis « nostrae zelum vobis singulariter ostendamus, et ut ad con- « siderationem omnium manifestissime deducatur, quod, dum « humeris nostris sarcinam regiminis vestri libenter imponimus, « regi vos provide ac salubriter affectemus, ut sine Culminis « nostri laesione laedi per aliquem non possitis ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. III. c. 75).

Di elogio e di esortazione è la parola di Federico ai cremonesi: « Vos autem, viri fortes, quos velut in fidei soliditate « firmatos reddit quaevis negociorum et temporum qualitas in « nostra devotione praeclaros, spem firmam fiduciamque con- « cipite, quod in summum exterminium nostrorum rebellium

« ad partes ipsas, in proximo potenter et magnifice veniemus.
« Interim autem sic in servitiis nostris persistite, sic ad con-
« fusionem hostium, sicut viros decet industrios, vires vestras
« et animos exercete, quod inter alios fideles nostros vos dignis
« extollere laudibus et specialibus prosequi praemiis merito
« valeamus ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 26).

48.

E agli uni, perchè fedeli, concedeva privilegi. Riduceva, ad esempio, con apposito decreto a somma minore il salario che la città di Forlì doveva pagare al podestà: « Decus est « principum, fidelium votis clementer annuere, ac supplicum « preces misericorditer exaudire ut sic per gratiam diligantur « in populis et per Deum tueantur in terris. Porro per praesens « scriptum notum facimus universis Imperii fidelibus tam prae- « sentibus quam futuris, quod, cum Commune Forlinii, fideles « nostri, misericordiae nostrae ianuam humili petitione pul- « sassent, quod in salario suo de caetero potestatibus exsol- « vendo, cuius solutionem praeteritam suis onerosam faculta- « tibus reputabant, providere misericorditer dignaremur, eorum « supplicationibus benignius inclinati, salarium ipsum annuum « ad 70 libras providimus amodo reducendum. Quo potestates « eorum, qui pro tempore fuerint, volumus esse contentos, « scripti praesentis autoritate mandantes, quatenus nullus sit, « qui Commune praedictum, fideles nostros, ad maiorem exac- « tionem salarii temeraria de caetero coactione compellat ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. VI. c. 19).

Al comune di Cesena, gravato pei servigi imperiali, faceva concedere speciale licenza dal reggente la capitania di esportare per mare e per terra e vendere ai fedeli dell'Impero i suoi prodotti agricoli: « Pro parte Universitatis Cesenae, nostrorum « fidelium, extitit nostrae nuper Celsitudini intimatum, quod « propter multa servitia erga Maiestatem nostram nuper im- « pensa per eos, debitorum oneribus adeo comprimuntur, quod « de mobilibus bonis eorum, praeter fructus bladi et vini non « habeant unde exolvant debita supradicta. — Propter quod « nostro Culmini humiliter supplicarunt, ut de ipsis fructibus

« bladi et vini vendendi et exportandi ad terras fidelium per « mare et terram, eisdem licentiam concedere dignarerum de « nostrae Maiestatis gratia speciali. Supplicationibus quorum « nos benignius inclinati, fidelitati tuae praecipiendo manda- « mus, quatenus ab ipsa Universitate idonea cautione recepta, « quod fructus ipsos ad terras fidelium tantum et non infidelium « deportabunt, nec per alios faciant asportari, ipsis fidelibus no- « stris dictam licentiam pro parte nostra usque ad satisfactionem « debitorum suorum concedere debeas, sicut melius videris ad « honorem et cautelam nostri Culmini expedire ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 87).

E a titolo di premio a un cittadino, perchè fedele, con particolare privilegio concedeva Federico, usando della sua autorità suprema di poter cingere la spada dei cavalieri, benchè le costituzioni ciò vietassero a chi di padre cavaliere non era nato: « Notum facimus universis, quod A. de N. Maiestati « nostrae humiliter supplicavit, ut, cum velit fieri miles et « pater suus miles non esset, sibi exinde largiri licentiam di- « gnaremur: nos autem, ut fidei suae meritum et suorum per « imperialis gratiae praemium imperialiter compensemus, sup- « plicationibus ipsius benignius inclinati de potestatis nostrae « plenitudine sibi concedimus potestatem, quod, quamquam « pater suus miles non fuerit et nostris constitionibus caveatur, « quod milites fieri nequeant qui de genere militum non na- « scuntur, ipse tamen de Culminis nostri licentia decorari « valeat cingulo militari, mandamus, quatenus nullus sit, qui « ipsum super hoc de caetero molestare vel impediri praesumat». (Ep. Pet. de Vin. Lib. VI. c. 17).

Ad un altro cittadino pure a titolo di premio per la devozione e i servigi prestati, con privilegio d'altra natura concesse in feudo ereditario nella famiglia una intera capitania con ampia giurisdizione: « Etsi munificentiae nostrae gratiam « libenter extendamus ad singulos, quos fideles nobis ab ope- « rum experimento sentimus, circa illorum tamen merita gra- « tiosius prosequenda libentius nostrae liberalitatis dexteram « adduximus, pro quibus non solum devotionis et fidei puritas, « sed servitii gratitudo multiplicis intercedunt. Ea propter per « praesens privilegium notum facimus universis tam praesen- « tibus quam futuris, quod nos attendentes fidem puram et

« devotionem synceram et grata servitia, quae N. fidelis no-
« ster, nostro Culmini fideliter exhibuit hactenus et incessanter
« ad praesens exhibet et exhibere poterit devotius in futurum,
« Castrum C. et iusticiariatus cum omnibus iusticiis, iusticiariis
« rationibus omnibus et pertinentiis suis, quae de demanio in de-
« manium et quae de servitio in servitium eidem et haeredibus
« suis provenire potuerunt, in perpetuum de speciali gratia et ex
« certa scientia nostra duximus concedendum, ita tamen quod
« Castrum ipsum a nobis et haeredibus nostris in Capitaniam
« teneat et immediate a nostra Curia recognoscat. Vivens iure
« Francorum, in eodem videlicet quo maior natus, exclusis
« minoribus fratribus et cohaeredibus, in Castro ipso succedat,
« inter eos nullo tempore dividendo: salvis in omnibus man-
« dato, ordinatione et fidelitate nostra et haeredum nostrorum,
« et servitiorum, quae exinde Curiae nostrae debentur ». (Ep.
Pet. de Vin. Lib. VI. c. 25).

Abbiamo anche visto come ai soldati dei Comuni che avevano prestato servizio ne' suoi eserciti, facesse ricompensare i danni dalle comunità stesse: altre volte a titolo di speciale incoraggiamento ordinava ai capitani che provvedessero coi proventi della Curia imperiale: « Cum per literarum tuarum te-
« norem, quas nostrae excellentiae destinasti, nuper nostra in-
« tellexit Celsitudo, quod C. de N., fidelis noster, qui tecum
« paratus equis et armis pro nostris servitiis dudum extiterit
« et adhuc fideliter commoretur, dum ipse contra Viterbienses,
« rebelles nostros armata manu insisteret ob impugnationem
« ipsorum rebellium, quidam suus dextrarius fuerit interfectus,
« super damnificatione ipsius Conradi, fidelis nostri, providere
« volentes, ut animosius ad nostra servitia eius fidelitas erigatur,
« tuae fidelitati praecipiendo mandamus, quatenus de proven-
« tibus Curiae nostrae, qui sunt vel erunt per manus tuas, di-
« ligenter, ut convenit, quaesito de equi valore, eidem C. dextra-
« rium ipsum, iuxta valorem ipsius ex diligenti inquisitione
« inventum, emendare procures ». (Ep. Pet. de Vin. Lib, V.
c. 69).

49.

Coi fedeli profughi dalle città ribelli all'Impero, a titolo di compenso dei danni sofferti e di premio, fu largo di aiuto:

a lui ne giungevano da tutte le città d'Italia: Piacenza, Genova, Assisi, Ferrara, Perugia ecc. Alcuni raccomandò a' suoi officiali perchè loro trovassero impiego confacente: « Ad Ma-« iestatis nostrae praesentiam veniens B. de Assisio, fidelis « noster, nostro Culmini humiliter supplicavit, ut cum pro fide « nobis servanda, a civitate praefata, rebellibus nostris, disce-« dendo, ad nostra venerit servitia moraturus et in eisdem ser-« vitiis permanserit et nunc permanet fideliter et devote, pro suo-« rum restauratione damnorum et remuneratione servitiorum « dignaremur de nostra gratia eidem de aliquo competenti re-« gimine providere. Nos itaque, supplicationibus ipsius benignius « inclinati, fidelitati tuae praecipiendo mandamus, quatenus, « inspectis tam qualitate personae supplicantis, quam servitiis « nostris, praefato supplicanti de aliquo competenti regimine « providere procures, quod suae conveniat qualitati, in quo « nostris servitiis utilis et sibi fructuosus existat ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 60).

Altri mise fra i cavalieri stipendiati dalla Curia imperiale: « Ad nostrae Maiestatis praesentiam accedens Jacob de N. miles, « fidelis noster, Celsitudini nostrae humiliter supplicavit, ut, « cum in fide nobis servanda, relictis omnibus stabilibus suis « a civitate Placentina, nostris rebellibus, discedendo, ad no-« stra servitia venerit moraturus, et in eisdem servitiis nostris « cum dilecto filio nostro Henrico, illustri rege Sardiniae, sacri « Imperii generali legato, hactenus steterit equis et armis mu-« nitus, fideliter et devote, ad suae vitae sustentationem cum « aliis stipendiariis nostris ipsum recipi de nostrae benignitatis « gratia mandaremus: nos ita ipsius Jac. supplicationibus be-« nignius inclinati, fidelitati tuae praecipiendo mandamus, qua-« tenus, si memoratus Jacob, fidelis noster, armis et equis ad « te munitus venerit, condecenter ipsum inter alios stipendiarios « milites, qui tecum in nostris servitiis commorantur, recipere « non postponas, provisurus eidem in stipendiis sicut aliis sti-« pendiariis supra dictis per te providebitur de mandato nostrae « Celsitudinis speciali ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 32).

Altri accolse, e provvide ad essi ed alle famiglie loro: « Ad « nostrae Maiestatis praesentiam accedens Heinricus Embriacus « de Janua, fidelis noster, Celsitudini nostrae humiliter suppli-« cavit, ut, cum pro fide Culmini nostro servanda, derelictis

« omnibus bonis suis, a civitate ipsa velut a rebellibus nostris « discedendo, ad nostra servitia venerit moraturus, in eisdem « permanserit et permaneat fideliter et devote, nec habeat unde « se alat et suos, ad suae et suorum vitae sustentationem sibi pro- « ventus ecclesiae, quos ultra centum libras dicit non ascendere « quantitatem de nostrae benignitatis gratia concedere digna- « remur. Cuius supplicationibus nos benigni inclinati, devotioni « tuae praecipiendo mandamus, quatenus de fructibus seu reddi- « tibus ecclesiae supradictae eidem fideli nostro facias usque « ad quantitatem praedictam de caetero responderi : ut de fide « servata laetetur et de servanda in antea magis ad nostra « servitia animetur ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 104).

Così ad altri profughi di Ferrara venne in aiuto con generoso sussidio in denaro: « Cum H. et D. Ferrarienses, de- « votos fideles nostros, qui, pro fide Maiestatis nostrae servanda « Ferrariam exiverunt et postmodum Culmini nostro grata « servitia praestiterunt, ob eorum devotionem synceram a « Maiestate nostra velimus ad praesens praemium reportare, ut « de obsequiis gaudeant tam exhibitis et ad praestanda maiora « magis de caetero animentur, fidelitati tuae praecipiendo man- « damus, quatenus de collecta ecclesiarum iurisdictionis tuae « iuxta mandatum nostrum celeriter colligenda, eisdem fide- « libus nostris pro parte Culminis nostri mille libras R. Ra- « vennati debeas exhibere: de his, quae eis dederis, ad cau- « telam apodissam idoneam recepturus ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. V. c. 105).

L'autorità imperiale emana e dipende direttamente da Dio, *authore Domino*, non dal papa suo vicario: Nelle cose dell'Impero e dei regni e dei principati di giurisdizione indipendente, la supremazia è dell'imperatore e dei re e dei principi: Se il papa possiede terre ed armi di sua giurisdizione temporale e se per esse ha libertà ed onore, riconosca che di ciò deve essere obbligato particolarmente alla liberalità degli imperatori, i quali se concessero possono revocare, e in ogni modo non intesero nulla rinunciare del loro diritto supremo: Se un papa muove guerra all'Impero, ai regni, ai principati, deve essere considerato di diritto non diversamente dagli altri nemici e ribelli e trattato com'essi senza che perciò si possa dire offesa la riverenza alla instituzione religiosa, alla fede e al dogma, che non possono coprire l'ingiustizia di un uomo, il quale, così operando, svia dal suo vero mandato; irriverente per mal fare sarebbe alle somme chiavi « homo iste, dictus papa », non il principe che difende il diritto e l'onor suo: L'esperienza ha dimostrato che fu male per gli uomini e per le instituzioni civili e politiche, fu male per la stessa religione, l'avere il papa cinto la spada del principe, e l'essere divenuta la Chiesa nel suo capo e ne' suoi dignitarî di vaste terre e di grandi ricchezze padrona; ne venne una onnipotenza che minaccia ogni diritto, che tutto tende ad usurpare: È quindi, meglio che opportuno, necessario per la pace e il bene di tutti di togliere la spada dai lombi disadatti dei sacerdoti e richiamarli alle buone costumanze della Chiesa primitiva, alla stola, alla povertà, all'umiltà: Impresa grande è questa; a compierla degnamente la forza di un imperatore è impari, la solidarietà di tutti i prinpici laici è necessaria.

57.

Contro l'opera del papa e dei cardinali che, vantando la supremazia universale si arrogavano il diritto di scomunicare e deporre i principi e n'usavano, scrive, ad esempio, Federico al re di Francia dopo il Concilio di Lione: « Si licuerit diligenter

« attendere regia consilia, recte considerent... quo iure censeri « debeat validus processus huiusmodi contra nos habitus, vel quo « nomine nuncupari, si dici sententia liceat, quam iudex in- « competens promulgavit. Nam essi nos nostrae chatolicae fidei « debito suggerente, manifestissime fateamur collatam a Do- « mino sacrosantae Romanae sedis antistiti plenariam in spi- « ritualibus potestatem, ut, quantumcumque, quod absit, sit « ille peccator, quod in terra ligaverit sit ligatum in coelis, « et quod solverit sit solutum, nusquam tamen legitur divina « vel humana lege sibi concessum, quod transferre pro libito « possit Imperium, aut de puniendis temporaliter in privatione « regnorum regibus et principibus iudicare. Nam licet ad eum « de iure et more maiorum consecratio nostra pertineat, non « magis ad eum depositio seu remotio pertinet, quam ad « quoslibet regnorum praelatos, qui reges suos, prout assolent, « consecrant et inungunt... Apparet... animosa nimis et am- « pullosa non minus ex ipsius inflictae poenae severitate sen- « tentia, per quam Imperator Romani Imperii, auctor et do- « minus, lesae maiestatis crimine dicitur condemnatus: per « quam ridiculose legi subiicitur qui omnibus legibus imperialiter « est solutus. De quo temporales poenae sumendae, cum tem- « poralem hominem superiorem non habeat, non sunt in homine « sed in Deo ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. III).

Lo stesso pensiero troviamo che già era stato espresso in una epistola dell'imperatore Enrico quarto, che contro Gregorio settimo così protestava: « Henricus, non usurpative sed pia « Dei ordinatione rex, Hildebrando, iam non apostolico sed « falso monacho: — ..... In ipsam regiam potestatem, nobis a « Deo concessam, exurgere non timuisti; quam te nobis « auferre ausus es minari; quasi nos a te regnum accepe- « rimus, quasi in tua e non in Dei manu sit regnum vel « imperium; qui Dominus noster Jesus nos ad regnum te « autem non vocavit ad sacerdotium..... Me..... qui, licet « indignus inter Christos, ad regnum sum nactus tetigisti « quem sanctorum Patrum traditio soli Deo iudicandum depo- « nendumque commiserit. Ipse quoque verus papa beatus Pe- « trus clamat: Deum timete, regem honorificate (I. Petr. 2): « tu autem quia Deum non times me constitutum eius inho- « noras ». (Mansi: Suppl. Tom. III).

58.

Federico ancora, quando nel 1241 aveva fatto sorprendere e catturare i prelati, che si recavano a Roma per prender parte al concilio, che Gregorio nono aveva, come è noto, contro di lui indetto al re di Francia, suo amico ed alleato, che gli domandava la liberazione dei prelati francesi, rispondeva che a nessuno poteva dare la libertà, perchè accorrendo a Roma compievano atto di nemici dell'Impero e suoi e perciò « omnes « tamquam nostros hostes et adversarios detinemus ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. 1. c. c. XII e XIII).

Allo stesso re poco avanti aveva già scritto per tenere distinta la causa della Santa Sede come instituzione religiosa, dalla causa politica del papa : « nos cum Sacrosancta Romana « Ecclesia, matre nostra, discordiam aliquam non haberemus; « sed ab eius Romani pontificis impetu iusticiam Imperii de« fendimus et iniuriam propulsamus..... Nec inter nos et eum, « durante praesenti discordia, vocari concilium per eumdem, « velut per publicum Imperii hostem, permittemus,..... cum « contra nos religionis debito et pontificatus gravitate depositis, « hostiliter arma capiens, se ducem et principem nostrorum « rebellium stabilivit ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 34).

59.

Contro l'onnipotenza del papato, che le cose terrene, professando di dirigerle a fine celeste, tutte invadeva, ed a sè con amore ogni giorno crescente avvocava, Federico oppone l'esempio di Cristo e di Pietro; e tale è la sua parola mordace: « Certe pax et dilectio sunt principaliter illa duo, quae teneri « voluit (Christus) post discessum. Ergo, si Christi vicarium « et Petri te asseris successorem, a Christi prorsus et Petri « tramite non discedas. Sed actus concordent actibus et Cam« panus inhaereat Galileo. Istud autem satis et merito turbat « Christi fidelium puritatem, quod Petrus, relictis omnibus et « rete, sequi, Christo vocante, voluit viam vitae : qui tanquam « omnia possidens et nil habens ad thesaurum coelestis patriae

« semper ardentius aspirabat. Tu vero, nihil prorsus habens,
« omnia autem possidens, quaeris semper quid devores et di-
« glutias; nec sedare potest aliquando totus mundus tui ventris
« ingluviem, quia tibi non sufficit orbis terrae. Petrus autem
« Apostolus, ut legitur, ad portam veniens Speciosam: Nec
« argentum, nec aurum habeo, dixit claudo. Tu vero, si forsan
« incipit acervus pecuniae, quem adoras, minui, statim cum
« claudo claudicas, quaerens, anxie quae sunt mundi. Sed qui,
« Christo iubente, praedicas tamquam pastor Ecclesiae pauper-
« tatem, cur refugis quod hortaris, quaerens semper ut cumules
« aurum auro? In hoc ergo non restat aliud, si non dormis,
« nisi ut summi pontificis prorsus praedicatio contemnatur.....
« Postquam autem impleta fuerit vino ventris ingluvies et sto-
« machus usque ad summum eius tunc super pennis ventorum
« aestimas te sedere: Tunc tibi Romanorum subest Imperium:
« tunc adferunt tibi munera reges terrae: tunc vinum mira-
« biles facit exercitus, tunc tibi serviunt omnes Gentium na-
« tiones. Ploret igitur mater Ecclesia, quod pastor gregis Do-
« minici factus est lupus rapax..... Istud quidem consideres, ut
« nec voluntas vel furor opprimat ius et verum, quod Ille rex
« terrestrium et coelorum in terris diutius conversando, nil
« prorsus habere voluit cum terrenis, sed docendo discipulos:
« Beatos pauperes spiritu, tunc vocavit. Tu vero tantum in
« terris habens proprium et commune terrenis, in terris terrea
« thesaurizas. Sed pro dolor thesauros Ecclesiae raro vel nun-
« quam in usus erogas egenorum..... Cogita et attende quod.....
« sacri magnificentia Constantini..... dedit Ecclesiae quicquid
« habet libertatis hodie vel honoris ». (Epistola Pet. de Vin.
Lib. I. c. I).

E chiama « reges et principes mundi » a concorrere nel-
l'opera di frenare questa brama comune negli uomini di Chiesa:
« Clerici.... pauperum eleemosynis impinguati.... nec impera-
« torem, nec regem aliqua veneratione habere dignantur, quoties
« in patres Apostolicos ordinantur. — ....Ex Innocentii papae
« quarti praesumptione probatur, quia, vocata synodo, ut asserit,
« generali, contra nos non vocatus, nec super aliqua fraude vel
« pravitate convinctos, ausus est sententiam depositionis sta-
« tuere... — Sane reditus copiosi, quibus, ex plurium depaupe-
« ratione regnorum ditantur, quemadmodum ipsi nostis, ipsos

« faciunt insanire. — ....Nec... videatur vobis quod, propter
« in nos latam sententiam depositionis, nostrae magnanimitas
« maiestatis aliquatenus incurvetur. Habemus nostrae con-
« scientiae puritatem ac per consequens Deum nobiscum: cuius
« testimonium invocamus, quia semper fuit nostrae voluntatis
« intentio, clericos cuiuscumque religionis ad hoc inducere et
« praecipue maximos ad illum statum reducere, ut tales per-
« severent in fide, quales fuerant in Ecclesia primitiva, aposto-
« licam vitam ducentes, et humilitatem Dominicam imitantes...
« At isti saeculo dediti et ebrietati, delitiis Deum postponunt,
« quorum ex affluentia divitiarum religio suffocatur. Talibus
« igitur subtrahere nocentes divitias quibus damnabiliter one-
« rantur, opus est charitatis: ad hoc vos omnes principes una
« nobiscum, ut cuncta superflua deponentes, modicis rebus con-
« tenti, Deo serviant, cui serviunt omnia, omnem, quam potestis,
« debetis diligentiam adhibere ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 2).

Così s'augura di potere con l'aiuto di Dio e con la forza del-
l'armi togliere al prete quella spada che solo per mal fare si
cinse: « Sperante in Eo, qui reges et regna constituit, quod,
« iuste iniuriam propulsantes, violentiam nobis illatam nostra-
« rum virium conamine propellemus; et in gladio iusticiae,
« quem, authore Domino, baiulamus, sacerdotum gladios, quibus,
« abiecta stola, lumbos suos inhoneste praecingunt, iustius re-
« tundemus ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 36).

60.

Come intendesse Federico la politica di solidarietà tra i
principi per far argine al papato e rintuzzarne le forze, e per
tenere alto il diritto laico, ancora dagli atti diplomatici del
suo governo appare chiaramente: Nel 1237, ad esempio, Fede-
rico, vittorioso a Corte Nuova, dirigendo le sue epistole « re-
« gibus orbis et omnibus principibus » dopo avere esposto e bia-
simato l'opera della Santa Sede, la quale, congiurata conti-
nuamente coi ribelli dell'Impero ai danni di questo e suoi,
l'aveva stretto in quell'anno « de quorundam Cardinalibus Lom-
« bardorum consilio, excommunicationis vinculo » così li am-
monisce: « Causam motus pontificalis attendite et cur haec

« in favorem nostrorum rebellium procuratur: quae causa, licet
« ad praesens expressa non fuerit, procul dubio tamen similia
« vobis et vestris imminere pericula timeatis; facilis enim alio-
« rum regum et principum humiliatio creditur, si Caesaris Ro-
« mani potentia, quae prima iacula sustinet, conteratur ». (Ep.
Pet. de Vin. Lib. I. c. 21).

Al re d'Inghilterra in particolare, dopo avergli narrato
come invano avesse in ogni modo tentato di comporre il dis-
sidio esistente tra lui e Gregorio protettore e solidale coi ri-
belli di Lombardia, « salvo honore semper Imperii et regnorum,
« quibus, authore Domino, praesidemus »; dopo di avergli detto
che « quoties humilitatis ad pacem evidentia signa monstra-
« vimus, toties voluntatem partis adversae invenimus durio-
« rem » e che « Iste bonus pastor Ecclesiae, nullum ad ius et
« honorem Imperii nec ad nos voluit habere respectum, sed
« totum suae subiicere potestati pro Lombardorum negocio, qui
« pacis tractatui semper hactenus impedimenta paraverant; et
« pacem, quam debebat exquirere, turpiter profugavit oblatam »;
conclude: « Restat igitur, ut sic nostra et Imperii nostri iura,
« aliorumque regum et principum in causa nostra viriliter tue-
« amur, quod nos non oporteat amplius pacem imprudenter
« expetere, sed potius acceptare petitam ». (Ep. Pet. de Vin.
Lib. I. c. 16).

Anche al re di Francia scrivendo in particolare, richiama
la sua attenzione sul contegno di Gregorio verso di lui,
che contro la lega lombarda difendeva i diritti dell'Impero:
« Qualiter... ad multam instantiam Lombardorum contra nos
« inconsulto calore processerit, satis vos publica fama perdocuit;
« qualiter etiam, cum contra nos religionis debito et pontificatus
« gravitate depositis, hostiliter arma capiens, se ducem et prin-
« cipem nostrorum rebellium stabilivit, nos universale concilium
« et specialiter nunciorum vestrorum presentiam petierimus,
« serenitatem regiam credimus non latere ». E con parola so-
lenne, così, nella stessa epistola, dal re di Francia invoca so-
lidarietà: « Infallibilis veritatis testem, supremae iustitiae iu-
« dicem obtestamur, quod, cum apud vos et alios principes
« illum autorem transgressionis arguimus, cuius verenda tegere
« filialis reverentia debito coarctamur, rubore multo perfun-
« dimur; nec ad haec aliter dispendii nostri cura sollicitat, vel

« timor astringit, nisi quod totius reipublicae christianae, sed « omnium maxime secularium dignitatum veremur ex nostra « taciturnitate iacturam et proximam ex dilatione ruinam. — « ....Nec inter nos et eum, durante praesenti discordia, vo- « cari concilium per eundem, velut per publicum Imperii « hostem, permittemus. Praesertim cum nobis, Imperio, et « terrae principibus indecentissimum iudicemus, causam no- « strarum secularium potestatum Ecclesiae foro subiicere vel « iudicio synodali. Sed omnibus, ad ipsum concilium convocatis, « per terram nostrae ditioni subiectam securitatem quamlibet de- « negamus. Quapropter Serenitatem regiam precibus exoramus, « quatenus ad praelatos omnes regni vestri vulgata program- « mata indulgetis, ut nullus sub securitatis nostrae fiducia ad « synodum ipsam accedat ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 34).

Con insistenza anche maggiore e con parola di rimprovero richiama il re di Castiglia: « Firmiter credimus, ut sicut nos « honorem vestrum et commoda libenter amplectimur, sic vos « vice mutua diligatis et nostra, quae maxime causam nostram « aliorumque regum et principum immediate contingunt, et in « quibus non minus vestrum quam nostrum vertitur interesse. « Latere vos quidem forte non credimus, qualiter pontificalis « ambitio in imperialis honoris dispendium et aliarum digni- « tatum secularium conata est semper hactenus iura nostra « confundere et nostrae potentiae brachia conculcare, faciens « cassare Romanum principem, ut ad reges et principes alios « faciliorem habeat in sua cupiditate progressum. Papa quidem, « non advertens quot et quanta mundo dissidia ex huiusmodi « turbatione proveniant, tractare non desinit, qualiter hostes « nostros contra nos temporaliter incitet, et fideles a nostra « devotione subvertat..... Nos..... qui propter honorem catho- « licae fidei sacrosanctam Romanam Ecclesiam in omnibus re- « veremur ut matrem, libenter ut patrem summum pontificem « coleremus, si ipse nos ut filium debita relatione tractaret. « Sed sic in negocio ipso iura nostra defendimus, ut non so- « lum nobis sed vobis et principibus aliis gloriam de nostra « defensione portemus. Vos tamen, quorum in hoc non minus « vestra causa quam nostra nunc agitur, et in quos de facili « posset huiusmodi refundi negocium, sic aperte videmini prae- « sentia facta negligere vel super iis dormitare, tamquam si

« vos in nulla parte contingeret et de honore nostro cura vobis « solicitudinis non adesset. Quis enim cautelae modus in vobis « et regibus aliis in casu simili remaneret, si causam ipsam « Romanus Augustus desereret? vel quorum humeri ad onera « ista portanda sufficerent, si colla nostra subtrahere ab eorun- « dem supportatione vellemus? » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 15).

E ancora, dopo il concilio di Lione, alla mancanza di solidarietà tra i principi, Federico fa colpa, se il papa può impunemente abusare oltre ogni limite del suo potere a danno suo e di tutte le potestà laiche: « Ausus est, (Innocentius « papa) sententiam depositionis statuere, quam praeter omnium « regum enorme praeiudicium non poterat stabilire. Quid enim « vobis et singulis regibus singularum regionum a facie tanti « principis sacerdotum timendum non superest, si nos ex princi- « pum electione solemni, et adprobatione totius Ecclesiae ac in « Christianae fidei religione viventium, imperiali diademate divi- « nitus insignitos, et alia regna nobilia magnifice gubernantes, « deponendos aggreditur? et cuius, quoad imperiale diadema, non « interest aliquid in nos exercere rigoris, etiamsi causae legitimae « probarentur? Verum, quem sacerdotalis sic infestat abusio po- « testatis, a summo nos conatur praecipitare deorsum: Nec « primi sumus nec ultimi. Et hoc quidem vos facitis, obedientes « religionem simulantibus sanctitatis, quorum sperat ambitio « quod totus mundus defluat in os suum ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 2).

E presso il re di Francia, commentando la gravità della sentenza di Innocenzo quarto non cessa d'insistere: « Adver- « tat..... industria regia si praedictam nullam sententiam ipso « iure nullumque processum servare, non minus in nostram « quam omnium regum aut quarumlibet temporalium digni- « tatum perniciem, debeamus, quam nulli nostrorum Germaniae « principum, a quibus assumptio nostri status ac depressio no- « stra dependet praesentia vel consilio firmaverunt. Advertat « et aliud, qualis ex istis initius exitus expectetur: a nobis « incipitur, sed noveritis quod finietur in vobis; quia, nostra « potentia primitus conculcata, resistentiam aliquam non ex- « pectat: vestram ergo iustitiam in causa nostra tuentes, vo- « bisque et vestris haeredibus a longe providentes, nobis in « iis, sicut convenit, adsistatis ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 3).

61.

La stessa regola di governo, che abbiamo visto seguire con gli altri ribelli dell'Impero, segue Federico nella politica ecclesiastica: Tutta l'opera del papa ch'egli crede ingiusta, si affretta ne' suoi diplomi a rendere di pubblica ragione; si affretta a scoprire le vere cause politiche, per le quali il papa gli muove una persecuzione, la quale agli occhi dei più può apparire, per astuzia usata dal pontefice stesso, motivata da considerazioni puramente o specialmente teologiche e religiose; affinchè la solidarietà, che egli invoca, abbia per *imaginem rerum* una base di fatto non solo negli interessi comuni dei principi, ma anche nella convinzione di operare secondo giustizia e nel consenso, per questa via più facilmente raggiungibile, dei popoli cui tengono con forza il timore di Dio e la devozione delle cose sacre.

Così, ad esempio, divulga l'opera di Gregorio, che invano chiamato a comporre pace onorevole tra l'Impero e i lombardi ribelli, s'era coi ribelli alleato. Dopo aver detto che da tempo egli s'era mostrato arrendevole a trattare di pace o di tregua, con la Santa Sede, la sola omai in questione « pro Ecclesiae « reverentia », perchè coi lombardi, nemici armati ed ostinati nella ribellione non si poteva nè si doveva senza danno maggiore, continua: « Gregorius, dictus papa, petebat Lombardos « rebelles nostros et nostri bannitos Imperii treugis ipsis debere « muniri: quibus exclusis, treugas ipsas non poterat acceptare, « ut evidentiorem daret omnibus intellectum, quod negocium « rebellium Lombardorum fovit et fovet in nostrum odium ma- « nifestum..... Quamquam hactenus alias palliarat, quod non « in favorem ipsorum, sed ob transgressiones nostras alias, « quas fingebat, contra nos ad excommunicationis sententiam « processisset. — Quod intollerabile visum est nobis, ut re- « bellibus nostris diutino guerrarum discrimine fatigatis et in « maiori parte depressis treugas concedere deberemus. Ad « quorum persecutionem et vindictam accinti vexilla necessaria « et praepotentia castra nostra triumphaliter duximus edu- « cenda..... Nos tamen ad praesens ob honorem Dei et reve- « rentiam beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quibus, utpote

« qui sacrum Imperii diadema de ara beati Petri suscepimus,
« esse volumus non ingrati, ab ingressu et receptione ipsius
« terrae destitimus: expectantes interim si nostrum iniuria-
« torem omissa vexatio revocet ab offensis. — Praeterea non
« patimur te latere qualiter homo iste, dictus papa, in obsi-
« dione Ferrariae, civitatis Imperii, et Salinguerrae, fidelis
« nostri, Bononiensibus, Venetis et aliis convicinis nostris
« rebellibus convocatis, legatum suum cum Mediolanensibus
« fecerit convenire, ducem ibidem exercitus et rectorem: qui
« adeo cum suis complicibus eumdem Salinguerram et Ferrariam
« in exhaeredationem Imperii coarctavit, quod a suis proditus,
« receptis tamen promissionibus et pactis de indemnitate per-
« sonae suae ac rerum suarum et de salubri mora sua in eadem
« civitate, nec non per eumdem legatum ducem Venetiarum,
« potestates, rectores, capitaneos exercitus et generaliter per
« totum exercitum iuramento firmatis, nomine Ecclesiae iura-
« mentum impendit, ac saepe dictam civitatem assignavit Ec-
« clesiae specialiter possidendam: commissa fide sua fidei legati
« Ecclesiae, quod praestita et iurata sibi securitas pleniare
« servaretur. Sed post deditionem civitatis et suam, legatus
« idem eadem celebritate, qua praestiterat iuramenta, cum
« praedictis omnibus deierando, demolitis domibus et bonis
« eiusdem Salinguerrae, ipsum simul duxit, fide mentita Ve-
« netias captivatum. Ecce qualis invenitur in legato fides!.....
« O quam pestiferum ab Ecclesiae rectoribus emanat exem-
« plum!..... Nos autem, qui omnes et singulos eorum, tum ex
« vicinitate, tum ab experto intus et in cute iam novimus,
« taliter te per imaginem rerum ab eorum fallaciis cautum
« volumus observari, ut vobis intendamus praecavere ». (Ep.
Pet. de Vin. Lib. I. c. 36).

A un suo officiale nel regno di Sicilia parlando della disfatta dei milanesi dice: « Ex universalis vastationis gladio,
« qui nullum nostrorum rebellium penitus dimisit intactum, in
« tantum eosdem ad extrema deduximus, quod continue ver-
« bum deditionis ab eis nostra Serenitas expectabat et neces-
« sario hoc dixissent utcumque, nisi quod nequitiae pontificialis
« elatio contra nos veteris odii excogitata stimulis, et innatae
« superbiae ventis inflata vitae quodammodo spiritum mortuis
« insufflavit, processibus nostris quantumcumque potuit, licet

« parum potuerit, se nequiter opponendo ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. II. c. 38).

Al re di Francia, che di tutta l'opera sua nel governare il proprio dissidio col papa tiene minutamente informato, scrive che nell'ostinazione a non volere comporre con lui nè pace nè tregua, quando non fossero stati compresi anche i lombardi insistenti nella ribellione, Gregorio astutamente mirava: « ut « Lombardos, ad tempus pro treugarum suffragio respirantes, « contra nos securius in rebellione confirmet »; e che nell'adunare in Roma un concilio il quale sul dissidio sentenziasse, il papa « pro discordia potius concilium indicat, quam pro pace ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 34).

Così « illustri regi Anglorum dilecto sororio suo » riassume l'opera di Gregorio dopo il 1235: « Istius summi pontificis gra- « tiam omni quocumque potuimus ingenio, licet frustra, labo- « ravimus obtinere, persone nostre non parcendo laboribus, « rerum nostrarum non cavendo dispendiis et persepe fidelium « nostrorum vitam pro suis et Ecclesie Romane subsidiis libe- « raliter exponendo. Sed... nullam ab ipso pro nostris obsequiis « affectionem retulimus; semper se contrarium nobis posuit, « semper imperii sacri profectibus obviavit... — In Germaniam... « procedentibus nobis ad primogeniti filii nostri malitiam re- « primendam, favorem omnem promisit oretenus; sed per nun- « tium suum, litteras de credentia deferentem, principibus no- « stris, nobiscum presentibus, in curia Maguntina sub omni « qua potuit attestatione latenter iniunxit ne electioni filii nostri « minoris vel cuiuslibet de domo et sanguine nostro, modo « quolibet consentirent... — Post obtentam, faciente Domino, « de Mediolanensium strage victoriam,... processibus nostris cepit « apertioribus obstaculis obviare: manifestius inhibendo civi- « tatibus et nobilibus marchie Anconitane et vallis Spoleti, de « quibus auxiliari tenebatur imperio, non nocere, ne in Lom- « bardiam venire vel mittere milites attentarent. Anconitanis « etiam et aliis locis maritimis sub excommunicationis pena et « banno decem millium marcarum iniunxit ut Venetis, excel- « lentie nostre rebellibus, contra mandatum et interdictum no- « strum queque necessaria ministrarent, prout hec omnia per « litteras suas evidentissime comprobatur. — Aliquibus etiam « nobilibus marchie Trevisane, quos in imperii fide debiles et

« vacillantes effecerat, literas destinavit, ut a nobis manifestius
« recederent, pro certo scituris, quod, nisi ordinationi et man-
« dato suo negotium Lombardie vellemus precise committere,
« contra nos excommunicationis sententiam fulminaret..... —
« Contra omne ius gentium, quod violari legatos et nuntios
« non permittit,... nuncios nostros episcopos iste, qui scribitur
« episcopus servus servorum Dei, turpissimo carceri mandavit
« intrudi. Attendite igitur et videte si sunt ista facta papalia,
« si sunt hec opera sanctitatis, et si composite predicationi sue
« conveniat in interitum mundum deducere, conculcare iustitiam,
« et dissimulatis fidelium oculorum nostrorum iudiciis secundum
« infidelium Mediolanensium faciem iudicare... Marchionem E-
« stensem, comitem Sancti Bonifacii et alios nobiles regionis (mar-
« chie Tervisine), qui ad suggestionem summi pontificis simul
« in necem nostram coniuraverant cum civitate Tervisii, non
« modica data pecunie quantitate, fecit nobis et imperio rebellare.
« — Civitatem nostram Ravenne per Paulum Traversarum antea
« fidelissimum nobis et factum post modum per corruptionem
« papalis pecunie proditorem,... nobis et imperio subtrahens,...
« stratas publicas per marchiam et ducatum quem ab imperio
« detinebat, nuntiis nostris ad nos venientibus et necessaria
« nobis et exercitui nostro deferentibus precludi mandavit; adeo
« quod nonnullos ex eis more predonio bonis omnibus spoliatos
« carceri mancipare presumpsit..... — Quibus omnibus non con-
« tentus contra nos et imperium se belli ducem et principem
« manifeste constituit,... prefectos mediolanensis, imo verius
« papalis exercitus statuens loco sui Gregorium de Montelongo...
« et fratrem Leonem ministrum ordinis fratruum Minorum »,

E dopo accusa così determinata, Federico, mentre annuncia i suoi propositi di guerra, conclude: « Excuset igitur recto iu-
« dicio magnificentia regia, motum nostrum, ad quem nos ad-
« versarii nostri malignitas impulit, et quem, ad conservan-
« dum non magis imperii quam omnium regum et principum
« terre decus, iustitia persuasit. Vosque pre ceteris orbis re-
« gibus causam nostram tanto ferventiori favore debetis assu-
« mere, tantoque securius confovere, quanto velut totius oneris
« et honoris nostri particeps.... innocentiam nostram, et imperii
« nostri iustitiam puriori zelo ac sinceriori potestis conscientia
« confovere ». (H. B.: Hist. Dipl. Tom. V. p. 840).

Anche al vescovo di Messina, che si proponeva intermediario di pace tra il papa e l'imperatore, nel febbraio del 1240 Federico scriveva: « Licet de devotionis et fidei, quam erga « celsitudinem nostram geris, zelo processerit ut per nuntium « tuum ad nos transmissum pacem persuaseris inter nos et do- « minum Romanum pontificem reformandam, si tamen recte « premeditasses auctorem scandali et ipsum suscitasse odii fo- « mitem, actendisses nequaquam per te, qui causam noveras, « his diebus ad nos sermo talis pervenisset, cum nullam in nobis « culpe notam, nullam a nobis invenisses ipsius discordie ma- « teriam processisse, quamquam ipse rector improvidus et pastor « inutilis gregis Dei multis et multotiens iniuriis et gravami- « nibus gratis innocentiam nostram leserit manifeste. An forte « oblitus es quod nobis existentibus in servitio Jesu Christi... « invasit hostiliter regnum nostrum et exercens contra nos sui « robur exercitus ab eius occupatione noluit manus avidas re- « tinere?.... Nobis deinde proficiscentibus in Alemanniam ut « statum reformaremus imperii, visitantibus post modum partes « Italie, ut scissuras repararemus eiusdem, ab ipso sicut a patre « filius contra Mediolanenses et alios rebelles imperii subsidium « prestolantes, frustrati spe nostra, proh dolor! manifeste se « nobis ipse contrarium posuit, quem speravimus adiutorem... ». (H. B.: Hist. Dipl. Tom. V. p. 707).

62.

Del concilio di Lione fa al re di Francia una critica minuta: negata a quello ogni competenza di giudicare l'imperatore come tale, enumera i difetti del processo, nel quale mancò la regolare denuncia e si supposero in materia tanto importante notoriamente provati i capi più gravi d'accusa.

In occasione dello stesso concilio pubblicamente invita i re ed i principi a giudicare alla stregua dei fatti la condotta sua nel dissidio e quella dei papi, che da Innocenzo terzo ad Innocenzo quarto si succedettero nel governo della Chiesa: « Ut « iusticiam et innocentiam nostram tam vos, quam alii reges « orbis et principes agnoscatis, ecce processum totum super « discordia inter nos et istum summum pontificem et praede-

« cessorem suum habitum, praesentibus denotamus.... Primum
« quidem scire vos credimus, qualiter Innocentius alius prae-
« decessor istius, sub cuius pallio et tutela nos nedum impu-
« berem, sed infantem mater nostra dimiserat, contra nos in
« Imperio, cuius principes nos in regem elegerant, et nos in
« vita patris nostri assumere in Imperatorem iuraverant, Otho-
« nem de Saxonia veterem adversarium nostrum et domus
« nostrae, in imperatorem in nostrum praeiudicium consecravit;
« — qualiter comitem G. de Brenna, qui velut gener Tancredi
« regis mortem nostram et sanguinem sitiebat sub defensionis
« nostrae specie misit in regnum; — qualiter Gregorius nonus,
« praedecessor istius sub ea occasione, quod nos in termino
« nobis dato, infirmitate gravati, transire nequivimus ultra
« mare, contra iustitiam primitus excommunicatione subiecit. —
« Postmodum pro servitio Jesu Christi peregrinantibus nobis,
« regnum nostrum ostiliter usurpando, qualiter de ultramarinis
« partibus redeuntes, recuperata terra nostra, quam ceperat,
« pacem cum ipso firmavimus, quam nullo credidimus tempore
« violandam. — ....Nec illud ignorare vos patimur qualiter
« (mentre noi andavamo in Germania — « ad corrigendum
« Henrici primogeniti filii nostri errores, favoris sui literis prae-
« cedentibus ») occulte nuncium ad principes destinavit: per
« quem mandavit eisdem ut nullum de filiis nostris vel de genere
« nostro in regem sibi assumerent, prout iidem principes nobis
« postmodum retulerunt. — ..... Qualiter etiam paratis nobis in
« Italiam descendere pro recuperandis non minus Ecclesiae quam
« Imperii iuribus...... misit nobis obviam episcopum Pene-
« strinum,.... qui.... a devotione nostra Mutinam tentaverit
« avertere et Placentiam, in qua.... munitiones quas poterat
« evidenter avertit contra nos, ne transire possemus; quamquam
« haec frustra tentaverit Lombardorum, exercitum congre-
« gando. — Obtenta deinde cum auxilio Regis regum de Me-
« diolanensium pravitate victoria, dum Lombardi contra nos
« et Imperium de ipsorum resistentia desperarent, ad eumdem
« summum pontificem, qui eos, favore palliato, protexerat, de-
« fugerunt, asserentes quod nisi ipsos a nobis papa praefatus
« et fratres publica defensione defenderent, ad nostrum et Imperii
« redire dominium cogerentur. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 20;
cnfr. c. 21).

63.

Importava a Federico, come misura suprema della sua politica, di convincere l'opinion pubblica ch'egli teneva ben distinta la ragione della Fede dalla ragione dello Stato e se vi era nel dissidio colui il quale le due ragioni tendeva a confondere per sedurre le menti turbando le coscienze, e raggiungere così più facilmente i suoi fini, questi era il papa.

Non lasciava perciò occasione di attestare la sua devozione alla Chiesa, al suo dogma, a' suoi ministri, al papa stesso che sul campo politico combatteva e mentre lo combatteva l'armi alla mano. Noi l'udimmo, ad esempio, in momenti di grave conflitto con Gregorio, professare di moderare l'esercizio legittimo de' suoi diritti: « ob honorem Dei et reverentiam beato-« rum Apostolorum Petri et Pauli, quibus, utpote qui sacrum « Imperii diadema de ara beati Petri suscepimus, esse volumus « non ingrati ».

L'udimmo col re di Castiglia, mentre ne invocava la solidarietà per combattere il papato, attestare l'animo suo devoto alla Chiesa ed al sommo pontefice: « Nos qui propter honorem « catholicae fidei sacrosanctam Romanam ecclesiam in omnibus « reveremur ut matrem, libenter ut patrem summum pontificem « coleremus, si ipse nos ut filium debita relatione tractaret ».

L'udimmo con mente espressa e precisa protestare al re di Francia: « Nos cum Sacrosanta Romana Ecclesia, matre nostra, « discordiam aliquam non aberemus, sed ab eius Romani pon-« tificis impetu iusticiam Imperii defendimus et iniuriam propul-« samus ».

Con lo stesso re dopo il concilio di Lione, mentre affermava l'assoluta sua indipendenza politica, come imperatore, da ogni giudizio e sentenza di papa o di sinodo dichiarava: « spirituales « autem poenas, per sacerdotales nobis poenitentias iniungendas « fore tam pro contemptu clavium, quam pro aliis transgres-« sionibus humanisque peccatis, nedum a summo pontifice, « quem in spiritualibus patrem nostrum et dominum profitemur, « si tamen nos ipse ut filium debita relatione cognoscat, sed « per quemlibet sacerdotem reverenter accipimus et devote « servamus ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 3).

E poichè nell'accusa che legittimava la sentenza di Innocenzo quarto insistevasi, come abbiamo visto, sul sospetto di eresia: « De haeresi quoque non dubiis et levibus, sed difficilibus et evidentibus argumentis suspectus habetur »; Federico protestava: « Manifeste liquet, quod hi potius ignominiose quam « iuste habendos nos dixerint de catholica fide suspectos, quam « nos, teste Summo Judice, in omnibus et singulis eiusdem « articulis, secundum universalis Ecclesiae disciplinam et adpro- « batum Romanae Ecclesiae symbolum, firmiter credimus et « simpliciter confitemur ».

Ancora, scrivendo al re di Francia per assicurarlo di tutta la sua buona volontà di comporre la pace col papa, le sue parole verso di questo non potevano essere più riverenti: « Ut- « pote qui de innata nobis mansuetudine guerrarum discrimina « semper odivimus, dum modo pacifice regnare possemus; et « qui ex officii debito, quo Romanum Imperium moderamur cum « Romano pontifice, quem prae caeteris terrae principibus pa- « trem praecipuum confitemur, bella plus quam civilia gerere « crudelius credimus et nephandius arbitramur ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 5).

E quando i Tartari minacciavano ai confini del regno di Ungheria, Federico ai principi di tutta Europa e al re di quel regno diceva alto che l'animo suo era di muovere contro i barbari nemici della fede, ma lo tratteneva la tema che non il pontefice gl'invadesse il suo Stato di Sicilia, come già aveva fatto, quando recossi egli in Terra Santa, e aggiungeva: « Si « apud summum pontificem, quae sunt patris invenerit filius, « et apud apostolicam sedem pro tanta fidei necessitate con- « silium, non dubitabit nullatenus nec retardabit Romanus « Augustus, catholicus imperator, ac rebellium inclitus domi- « nator pro tanta fidei necessitate corpus exponere et totius « potentiae suae vires offerre ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. c. 28, 29 e 30).

64.

Con gli stessi grandi dignitari della Chiesa non seguiva politica diversa. Negli atti diplomatici del suo governo egli

appare fermo sempre anche di fronte ad essi nel tenere distinti i due poteri, le due ragioni; nel voler salvo il diritto dell'Impero pur protestando a loro ed al loro capo la riverenza maggiore come a ministri della fede e ad interpreti del dogma, pur mettendo a disposizione della Santa Sede la sua spada e i suoi tribunali per difenderne il dogma e le sacre persone.

Quando Gregorio nono accingevasi a pronunciare contro di lui sentenza di scomunica e di deposizione, Federico scriveva: « universis sacrosantae Romanae Ecclesiae cardinalibus dilectis « amicis suis: — Quis non miretur et stupeat, quod tot vene« rabilium patrum aggregatione munitus Ecclesiae generalis « sedens in solio (utinam iustus iudex) inconsulte velit pro« cedere ac suis motibus excandescens in Romanum intendit « principem, advocatum Ecclesiae, ad praecipitationem omnium « sententiam depositionis statuere, et ob favorem Lombardorum « rebellium exercere spiritualem gladium, si dice liceat, minus « iuste?.... Dum nos intendimus a persequente defendere, « oportet nos defendendo gravius offendere satagentem, salva « in omnibus Ecclesiae sanctitate, quam culto sacro, debita re« verentia corde et opere veneramur. Quapropter venerandum « vestrum coetum affectuosius deprecamur, quatenus motus « summi pontificis, quos ex causis evidentissimis tam iniustos « quam voluntarios mundus agnoscit, ex deliberata modestia « compescatis, generali statui Ecclesiae praesertim et quieti « mentium ac scandalis providentes. Nam cum ad salutem et « honorem omnium vestrum favorabiliter alligemur etsi prin« pipiis obstare non possumus, licite liceat nobis iniurias, quas « revocare non possumus, iniuriis propulsare ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. cap. 6).

Pure in una epistola irosa, diretta a tutti i prelati, nella quale arriva a chiamare Gregorio « pharisaeus unctus oleo ne« quitiae,... pater discordiarum, desolationis,... draco magnus... « Antichristus,... angelus prosiliens de abysso habens phyalas « plenas amaritudine, ut mari et terrae noceat » — della Chiesa parla con alto rispetto e protesta che il suo biasimo e la sua minaccia non intendono colpire che « personas singulares et « corrutioni subiectas ». — « Aeterna provisio (in terra) duo « voluit inesse regimina, sacerdotium scilicet et Imperium, unum « ad cautelam, reliquum ad tutelam: ut homo, qui erat in duo-

« bus componentibus diutius dissolutus, duobus retinaculis fre-
« naretur, et sic fieret pax orbi terrae, omnibus excessibus
« limitatis. — ....Revera imperialis felicitas papali semper im-
« pugnatur invidia.... Et quia prospera nobis, Deo benedicto,
« cuncta succedunt, praesertim cum Lombardos rebelles nostros
« ad mortem prosequimur, quos ipse praedestinavit ad vitam,
« haec est causa, quare pontifex ipse apostolicus ingemiscit,
« et nunc de consilio vestro felicitati nostrae instituerit obviare
« verum de potestate ligandi et solvendi... Si verus esset pon-
« tifex, verbum praedicationis non traheret in fructum dissen-
« sionis. Nec ex hoc accusabimur hostis Ecclesiae matris nostrae,
« quae sancta est in genere suo, quam cum reverentia colimus
« et amplectimur cum honore, divinis sacramentis ornatam:
« personas tamen singulares et corruptioni subiectas, a medio
« recedentes, penitus reprobamus: et quia iniuriae non sunt
« transitoriae, quae nostrae maiestati iugiter inferuntur, et ani-
« mum super iis non lenire possumus, nec debemus, utique
« nostram potentiam relaxare cogimur ad vindictam. — Vos
« vero, qui estis viri ad saniora consilia constituti, sensus et ra-
« tionis excellentiam obtinentes, rugientem adversarium nostrum
« a processu, cuius detestabile fuit initium, penitus revocetis...
« alioquin utraque terra sentiet qualiter in persecutorem ac
« consequentes principes et fautores procedat Augustus et qua-
« liter ferro Caesareas inferat ultiones ». (Ep. Pet. de Vin.
Lib. I. c. 31).

E quando nel 1243 fu eletto papa Innocenzo quarto, Federico, mentre con lui si congratula dell'elezione e si augura di trovare in lui un padre veramente *innocente* « per quem « confidat Imperium vota pacis et suae iusticiae inviolata servari », inviandogli i suoi legati aggiunge: « Nuncii nostri, « tamquam intime conscii voluntatis nostrae et devotionis, ad « patrem veraces erunt interpretes, tam nos quam potentiam « nostram, Imperium ac regna et quicquid in bonis nostris con- « sistit, vestris beneplacitis ad honorem Ecclesiae ac favorem « omnimodum Ecclesiae libertatis, quantum cum Deo, salvis « iure et honore Imperii et nostrorum regnorum, possumus, « obnixius offerentes, illam ad nos ut reverendi patris bene- « volentiam relaturi; per quam erga debitam patris reverentiam, « ad omnem honorificentiam filialem, totis affectibus ac expertis

« effectibus, plus quam aliquis alius devotus filius effundamur ». (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 33).

65.

Alle dichiarazioni seguivano conformi le disposizioni di legge e secondo queste l'opera degli officiali dell'Impero contro gli eretici e i loro fautori, la ragione politica delle quali così, ad esempio, dichiarava nel proemio alle Costituzioni di Melfi, dove gli eretici sono chiamati « lupi rapaces, — angeli pes« simi , — filii pravitatum a patre nequitiae et fraudis auctore « ad decipiendas simplices animas destinatas, — colubri qui « columbas decipiunt, — serpentes, qui virus evomunt » (Lib. I. Tit. 1): « Ipsa rerum natura necessitate cogente nec minus « divine provisionis instinctu, principes gentium sunt creati « per quos posset licentia scelerum coerceri: qui vite necisque « arbitri gentibus qualem quisque fortunam, sortem, statumque « haberet, velut executores quodam modo divine Providentie « stabilirent. De quorum manibus ut villicationis sibi commisse « perfecte reddere valeant rationem, a Rege regum et Principe « principum ista potissime requiruntur, ut sacrosanctam Ec« clesiam, christiane religionis matrem, detractorum fidei ma« culari clandestinis perfidiis non permittant, et ut ipsam ab « hostium publicorum incursibus gladii materialis potentia « tueantur, utque pacem populis eisdem pacificatis iustitiam, « que velut duo sorores se ad invicem amplexantur, pro posse « conservent. »

E per raggiungere con sicurezza lo scopo di meglio dirigere « gladium adversus hostes fidei in exterminium haere« ticae pravitatis », volle che le eresie fossero considerate come delitto anche più grave di quello di lesa maestà: « Statuimus « in primis ut crimen haereseos et damnatae sectae cuiuslibet, « quocumque censeantur nomine sectatoris, prout veteribus « legibus est indictum, inter publica crimina numerentur, immo « crimine lesae Maiestatis nostrae debet ab omnibus horribilius « iudicari. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. c. 25 e 26).

Stabilì ancora come condizione per potere esercitare legalmente l'officio di podestà, di console, di rettore, il giuramento

pubblico di perseguitare e sterminare tutti quelli che la Chiesa avesse indicati come eretici nella terra di loro giurisdizione; e l'inosservanza degli obblighi assunti col giuramento previde e minacciò di pena severa: « Statuimus etiam hoc edicto in « perpetuum valituro, ut potestates et consules, seu rectores, « quibuscumque fungantur officiis, quod pro defensione fidei « praestent publice iuramentum, quod de terris suae iurisdictioni « subiectis, universos haereticos ab Ecclesia denotatos, bona « fide, pro viribus exterminare studeant: ita quodammodo « quandocumque quis fuerit in perpetuam potestatem vel tem- « poralem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento fir- « mare: alioquin neque pro potestatibus, neque pro consulibus « habeantur, eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles « et inanes. Si vero dominus temporalis requisitus et monitus « ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab haeretica « pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum, terram « suam exponimus a catholicis occupandam, qui eam, extermi- « natis haereticis, absque ulla contradictione possideant, et in « fidei puritate conservent, salvo iure domini temporalis. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 27).

Volle che i frati Predicatori e Minori viaggianti nelle diverse parti dell'Impero a scoprire gli eretici e a combattere le eresie fossero particolarmente ospitati e protetti dalle città e dai principi: « Notum fieri volumus, fratres Praedicatores et « Minores, pro fidei negotio in partibus Imperii nostri contra « haereticos deputatos.... Universitati vestrae mandantes, qua- « tenus quocumque et apud quemcumque vestrum pervenerint, « benigne recipiatis eosdem, et personas eorum ab incursu « haereticorum eis insidiantium conservantes indemnes, omne « consilium, ducatum, et auxilium impendatis pro acceptis « coram Deo negotiis exequendis. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 25).

Dispose che fossero colpiti tutti gli eretici, i loro complici e ricettatori, qualunque fosse la natura particolare della loro eresia: « Statuimus ut haeretici, quocumque nomine censeantur, « ubicumque per Imperium damnati fuerint ab Ecclesia et se- « culari iudici assignati animadversione debita puniantur. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 25).

Le sue constituzioni con minuta e oculata enumerazione diresse « contra Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arria-

« nistas, Circumcisos, Passaginos, Joseppinos, Carracenses, Al-
« banenses, Franciscos, Bannaroles, Comistas, Valdenses, Bur-
« garos, Commimellos, Barrinos et Ortolevos et cum illis de
« Aqua nigra et omnes haeriticos utriusque sexus, quocumque
« nomine censeantur. » (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 27).

Le pene furono severe tanto che a noi sembrano feroci: l'infamia ereditaria fino alla seconda generazione, la confisca dei beni, il carcere perpetuo, la morte: « Omnes haereticos perpetua
« damnamus infamia, diffidamus atque bannimus: censentes ut
« bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur:
« ita quod filii ad eorum successiones pervenire non possint,
« cum longe sit gravius aeternam quam temporalem offendere
« Maiestatem » — « Patarenorum complices et receptatores, seu
« quocumque modo fautores... pubblicatis omnibus bonis eorum
« relegandos in perpetuum esse censemus et ipsorum filii ad
« honores aliquos nullatenus admittantur. « (Ep. Pet. de Vin. Lib. I. c. 27).

« Si de praedictis (haereticis), postquam fuerint deprehensi,
« territi metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta
« canonicas sanctiones ad agendam poenitentiam in perpetuum
« carcerem detrudantur. — Praeterea, quicumque haeretici re-
« perti fuerint in civitatibus, oppidis, seu locis Imperii per inqui-
« sitores aliquos ab apostolica sede datos et alios catholicae fidei
« zelatores, ii, qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inqui-
« sitorum et aliorum catholicorum virorum insinuationem eos
« capere teneantur et eos captos arctius custodire, donec per
« censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant,
« qui fidei sacramenta et gloriam aeternae vitae damnabant.
« Simili quoque poena plecti censemus omnes, quos ad foven-
« dum haereticorum errores callidus hostis suscitat advocatos,
« vel parat illicitos defensores,... nisi monitione praemissa de-
« stiterint... — Item mortis sententiae duximus adiiciendos, si
« quos haereticorum ad iudicium tractos, in extremo vitae pe-
« riculo haeresim adiurantes, postmodum de falso iuramento
« constiterit convinci... — Eorumdem haereticorum recepta-
« torum, fautorum et advocatorum suorum, ac eorundem hae-
« redes et posteros usque ad secundam progeniem cunctis be-
« neficiis, publicis officiis et honoribus imperiali authoritate
« privantes, ut in paterni memoria criminis continuo merore

« tabescant. — ... Nec quidem a nostrae misericordiae finibus « duximus excludendum, ut si qui paternae haeresis non se- « quaces, latentem patrum perfidiam revelaverint, quocumque « reatus illorum animadversione plectantur, praedictae punitioni « non subiaceat innocentia filiorum. » (Epistola Pet. de Vin. Lib. I. cap. 25).

E le costituzioni melfitane dicevano: « Si evidenter inventi « fuerint a fide catholica saltem in aliquo deviare, ac per ipsos « (viros ecclesiasticos et prelatos) pastorali more commoniti, te- « nebrosis diaboli relictis insidiis noluerint agnoscere Deum « lucis sed in erroris concepti constantia perseverent, presentis « nostre legis edicto damnatos mortem pati... decernimus,... ut « vivi in conspectu populi comburantur, flammarum commissi « iudicio. » (Lib. I. Tit. 1).

